



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss.
3/103/3

HENRICI DE COCCEJ
GIAE MAJEST. BORUSS. CONSILIARII INTIMI
FACULT. JURID. FRANCOFURT. ORDINARII
ET ANTECESSORIS PRIMARII

PRODROMUS
JUSTITIAE
GENTIUM

SIVE
EXERCITATIONES DUAE
QVARVM

PRIMA *Socialitatem Grotianam principium neque essendi
neque cognoscendi esse, evincit*

SECUNDA veram majestatis originem eruit.

LIBER

Ad Illustrationem Prooemii & Libri primi Tractatus Grotiani
DE JURE BELLII ET PACIS
necessarius.

Cum Privil. REG. MAJEST. POLON. & BORUSS. & ELECT. SAX. & BRANDENB



BIBLIOTHECA
STATI
MELANENSIS

<36621751090016

<36621751090016

Bayer. Staatsbibliothek



PERILLVSTRI
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
GEORG DITLOF
DE ARNIM

S. REGIAE MAJEST. BORVSSIAE
CONSILIARIO SANCTIORIS
JUSTITIAE COLLEGII
INTIMO

MARCHIAE UCKERANAE TERRITORIQVE
STOLPENSIS JUDICI PROVINCIALI

*HAEREDITARIO DOMINO IN BOIZENBURG
BORNSDORFF, RELIQA*

DOMINO AC MAECENATI SVO
SUMMOPERE SUSPICIENDO.

1881-1882

PERILLUSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME DOMINE,

Quod mihi certissimo favoris TVI in me ar-
gumento, & quo nihil unquam mihi fuit
antiquius, ita me obstrinxit, ut dies no-
ctesque de exhibenda publice observantia
mea ac gratitudinis debitæ quadam tesserâ folicite
cogitaverim. Chartacea quidem sunt omnia, quæ

in taberna mea libraria conspicio atque possideo, nihil tamen obstat, quo minus eorum, ut officio studioque meo satisfaciam, rationem habeam, atque munus aliquod chartaceum EXCELLENTIAE TVAE offeram : non enim illud charta est nova, sed scriptum novum ac aureum, magni ac per universum orbem celeberrimi JCTi, quod viri literati diem ex die avidissime expectarunt, & quod ultimum proh dolor! est, quod PERILLUSTRIS AUCTOR jam moribundus, ut sumtibus meis exscriberetur ac divulgaretur, mihi tradidit. Agit hoc de Jure Naturæ, & mox Auctor ejusdem agebat animam cedebatque Naturæ. Ast vivit Is in FILIIS Suis PERILLUSTRIBUS, utrisque CONSILIARIIS INTIMIS, vivit & in Scriptis suis præclarissimis. TIBI autem, PERILLVSTRIS atque EXCELLENTISSIME DOMINE, qui primas inter veros Scriptorum Coccejanorum æstimatores tenes, insigne hoc opus inscribere ac dedicare ausus sum, idque ut fereno suscipias fronte, meque porro gratia atque benevolentia TUA prosequi digneris, est, quod demisse TE orem rogemque. Deus O. M. TE, PERILLUSTRIS MAECENAS, salvum

ac

ac incolumem fervet dñtissime, quo REGIS no-
stri AUGUSTI ac POTENTISSIMI consiliis
saluberrimis, Domuique TUAE splendidissimæ so-
latio auxilioque prodesse queas, quod cordiculus
precat


PERILLUSTRIS
ATQVE EXCELLENTISSIMI
NOMINIS TUI

*Scrivebam Francofurti ad Viadrum
d. 28. Sept. A. MDCCXIX.*

cultor humillimus
JO. GODOFRED. CONRADI
Bibliopola Francof.

Per illustris, at pie jam defunctus, Autor *Justitiam* suam *Gentium*, quam docendo haecenus communi-
cavit cum Auditoribus suis, publici juris facere du-
dum & serio constituerat; hinc prodromi loco duos li-
bellos praemittere voluit, unum *Autonomiam Juris Gen-
tium*, alterum, quem Tibi hic exhibemus. In hoc du-
abus *Exercitationibus* id egit, ut in priori *Juris Na-
turae* verum rite deductum principium a virtutis no-
tione distingveret, atque *Socialitatem* aliaque minus
adequata principia removeret; in altera vero veram
Majestatis originem solidis rationibus indagaret. De
reliquis summis hujus *Juris Capitibus*, quae etiam hoc
modo pertractare potuisset, non adeo fuit sollicitus, quia
horum plurima, ut & novos, quos & summi quoque
Viri circa methodum tractandi *Justitiam Gentium*
commisere, in bis jam satis exposuit.

Vale.



EXERCITATIO I.
Ad Prolegomena Grotii, &
Exerc. 1. Dn. Culpisii.

Theses Juris Gentium.



I.

Humani generis, atque, eo in populos & civitates diviso, cujusque populi seu civitatis liberæ, unus scopus & finis, communi Gentium judicio, est bonum publicum, salus, seu felicitas totius populi.

2. Nomine *populi* seu *civitatis* continentur tam caput quàm membra: tam Magistratus quàm subditi: tam imperantes quàm parentes: totum scilicet corpus, quod juris tuendi, & boni publici procurandi causâ in unam civitatem coaluit.

3. Utrisque ergo, (& capiti & membris) commune est bonum illud publicum, quod finis & scopus est civitatum. *per §. 1.*

4. Per hoc bonum publicum civitatibus propositum, tam Gentes, quàm Sacræ literæ, intellexere Bona non tantum corporis & caduca; sed & quàm maximè bona animæ & perpetua omnis vitæ.

A

5. Uti

5. Uti communi Gentium suffragio, omnium bonorum regula unica est, **BONUM SUMMUM**, quod Deus ipse est; ita unica bene agendi norma, **DEI VOLUNTAS**!

6. Quò conformior itaque est actio nostra voluntati Dei, eò propius accedit ad summi boni naturam & similitudinem, eoque melior & perfectior est.

7. Hac ergo conformatione voluntatis suæ cum divina refert & exprimit homo Dei imaginem, in qua Gentium quoque Prudentes **VIRTUTEM** collocarunt.

8. Hinc, uti summi Boni naturâ & complexû continetur omne Bonum, eoque & certa ac perpetua *ἰυδαῖμωνία* seu felicitas, quæ ipsi inseparabiliter connexa est; ita nec potest illa non esse conjuncta cum ejus imitatione seu imaginis repræsentatione in omni vita humana, præsentî ac futura. Quæ non minus Prudentum Gentilium fuit doctrina & sententia.

9. Voluntas est; tum quâ nos volumus alium quid agere: tum, quâ, quod alius sua voluntate agit, probamus, laudamus, gratumque habemus: quia vel præclarum id est; vel nobis expedit; vel nostrâ causâ actum est: & dicitur *ἀπέουσια* vel *ἰυδονία*, *complacitum*, & quasi *complacencia*. Vid *inf. §. 13. 17.*

10. Voluntas priore sensu duplex est: alia, quâ quis præcipit, seu vult, alium aliquid agere vel non agere, & appellatur *præceptiva*; alia, quâ quis permittit, seu facultatem dat ita vel aliter agere; diciturq; *permissiva*.

11. Actiones, etsi permissæ, aliæ tamen aliis sunt meliores & perfectiores: ut, cum omnes milites fortiter

titer agunt, alius tamen alio fortiùs: seu, cum omnes boni benè, alius tamen alio meliùs.

12. Dei voluntas, quâ Ipse, ut *Dominus & Creator*, jubet vel permittit aliquid agere vel non agere, est principium *juris naturalis* unicum & adæquatum.

13. Ejusdem voluntas, quâ ipsi, ut *summo bono*, nihil complacitum est, quàm quod bonum est, & bene agitur; & hoc magis complacuit, quod meliùs & perfectiùs actum fuit, est principium *virtutis & scientiæ moralis* unicum & adæquatum.

14. Sub disciplina morum comprehendimus omne bonum, sive animi sive corporis, quo mereri possumus: uti honestum, decorum, perfectum, pulchrum: &c. etsi enim in genere morum, omnia bona, præter honestum, adiaphora videri possint, uti bona fortunæ, ut tamen sunt instrumenta & subsidia ad res præclariùs gerendas, huc Philosophus quoque ea refert. Verum iste sensus voluntatis huc non pertinet: de priore agendum.

15. *Jus* quasi in puncto consistit, à quo si tantillum receditur, *injuria* est: *Virtus* latitudinem & gradus habet, intra quos manet virtus: *vitium* est, non quod à gradu virtutis, sed à virtute deficit.

16. *Forma* juris & virtutis eo distat, quodd *Jus* in rei alienæ abstinencia: *Virtus*, in re nostra vel perficienda, vel eâ alterum juvandâ, versatur.

17. *Effectus*: quod excessus à Jure pariat ex voluntate Creatoris obligationem seu necessitatem juris reparandi, & in priorem statum restituendi: *vid. §. 31. l. 1. §. 99.* deviatio à virtute autem perimat illud bonum aut felicitatis fructum, qui virtutem, salvâ summi

Dispensatoris & rerum Arbitri bonitate, non sequi non potest.

18. Voluntas legislatoris jus non facit, nisi declarata & publicata.

19. Declarandæ ejus duo in universum modi sunt: Verba, & res seu facta.

20. Publicando juri universali & perpetuo, quo omnes homines, nati aut unquam nascentes, obligandi fuerunt, verba non sufficiunt; sed rebus & factis opus est, quæ in medio, seu in omnium conspectu posita, omnibus patent & significare possunt.

21. Hujusmodi res & facta demum sunt signa apta & instrumenta cognoscendi & publicandi juris universalis, perpetui, ac æterni.

22. Rebus & factis plenius, certius, & potentius significatur voluntas facientis quam verbis.

23. Jus naturæ in statu hominum integro conditum ac simplex fuit. Ejus tamen scientia non deficit statu corrupto. At in illo obvia fuit; in hoc comparanda. Tunc in promptu ejus explicatio, & possibilis fuit plenaria observatio: nunc maximè laboramus factorum investigatione, & voluntatum verborumque interpretatione; unde hodie difficillima probationum materia.

24. In statu itaque corrupto 1. Jus Naturæ plenè ab homine servari non potest. 2. Ea nunc est hominum rerumque conditio, ut in omnibus casibus ei Jus Naturæ applicari, aut convenire, aut ad effectum exitumve deduci non possit.

25. His ergo remedium petendum fuit ab usu Gentium: quo 1. Juris naturalis rigor temperatus in eum

eum modum ac sensum fuit, qui cadere in præsentem hominum statum & imbecillitatem possit. 2. Inveni ac recepti sunt modi, quibus vel juvatur Jus Naturæ; vel, ubi præsentem hominum sorti id minus convenit, suppletur; vel ad faciliorem exitum adducitur; vel ex hodierna Gentium utilitate conformatum aut constitutum est.

26. Atq; hinc jam in statu corrupto alterum ad Jus Naturæ accessit jus universale Gentium, quod à Gentibus, uti alterum in Gentes, constitutum est, & vulgò *Jus Gentium secundarium* dicitur.

27. Hujus Juris duplex causa, fons, vel caput est: Necesitas & utilitas communis gentium.

28. Quod necessitate exigente constitutum est, si aliâ viâ æquè expediri non possit, transit & succedit in Jus Naturæ præsentis status, &, perinde ac alterum, omnes homines obligat.

29. Quod ex utilitate communi, mutari à libero populo vel Principe ob aliam utilitatem potest: quæ, si & ipsa pluribus gentibus, & maxime, quibus mutuum inter se commercium est, communis, & propterea jus hoc inter eas receptum sit, erit hoc jam *Jus Gentium secundarium horum populorum*, etsi ab aliis, cum quibus fortè commercium non est, vel raram est, receptum non fuit. Alias verò fiet merum jus civile.

30. Hinc ergo constituendus primum est status Juris perfectus, qualem Natura, seu Rerum Autor & Creator, inter homines constituit & esse voluit, vel usus Gentium ad præsentem humani generis sortem attemperavit vel accommodavit; ut. SUUM QUIQUE

JUS, prout ab illo constitutum concessumve est, sal-
vum & integrum sit.

31. Ab hoc statu, & quasi linea Juris quomodo-
cunque facto hominis recessum fuerit, injuria erit,
donec in statum Juris reponatur. *per S. 15.*

32. Hinc ergo oritur necessitas reparandi juris,
seu restituendi rem in statum illum Juris primævum,
à quo discessum est.

33. Ea necessitas jam est ex voluntate summi
Legislatoris, qui jus ita cuique constituit, & ita cujus-
que esse voluit; & ideo, quod ab hac juris & volunta-
tis suæ regula & norma qualitercunque deflexit, ita
ut quis suum non habeat, ad regulam & normam, ut
habeat, reduci necesse est. Quod proinde ante-
quam fiat, res manet in statu, non Juris, quem legis-
lator voluit & statuit, sed injuriæ, quem noluit: est-
que adeo interim status ille non obsequela sacrosan-
ctæ voluntatis divinæ, sed rebellio.

34. Atque hoc ergo indubitatum & adæquatum
est principium obligationis, quæ nihil aliud est, quàm
hæc ipsa necessitas, illud vinculum, quo adstringi-
mur seu obligamur ad reparandum statum & quasi
lineam Juris, id est, ad suum cuique tribuendum:

35. Atque hoc innuisse videtur Philosophus,
qui jus dixit ἴσος, *æquale*: vel ἴδιον, *medium*, (u-
trâque licet voce haut commodâ, imò ineptâ) idque
quasi lineam spectavit, cui quantum detrahatur, tan-
tundem, proportionem Arithmeticâ, iterum addendum
statuit, idque justitiam ἐναρμόσιν, *correctoriam*, dixit.
Quæ tamen ambages inutiles & captiosæ merito hæ-
bentur.

36. Feli-

36. Felicius Autores Juris Romani hoc obligationis principium, *συνάλλαγμα*, *commutationem*, dixerunt: quia immutabilis est illa Juris naturalis, seu voluntatis divinæ linea aut regula; & sacrosancti ejus fines, ut moveri vel violari non possint. Hi ergo quæcunque commutatione moti fuerint, existit principium illud obligationis, quò ad pristinos fines, & statum Juris, redigendi & restituendi sunt.

37. Et de hac sola re unice quæritur, quodnam sit principium obligationis ex jure naturali: Eo enim non ritè posito ac stabilitò, nullum est Jus naturæ, & frustra de ejus existentia quæritur; quia obligatione non constitutâ, liberum cuique est agere quicquid libet, & erit monstruosum Hobbesii jus omnium in omnia.

38. Quo patet, idem sequi ac dicendum esse, posito primo & adæquato Juris naturalis principio socialitate, quam vocant; nam nec eo ullum obligationis principium (nedum primum & adæquatum) continetur, sed contrâ, penitus extinguitur: & omne jus naturæ destruitur. *Vid. Annot. ad Gros. & Culp.*

39. Utrumque Jus universale Romani promiscue Jus Naturæ aut Gentium dixerunt. Quo tamen non confundebant distinctas has Juris Universalis species, sed jungebant ad perficiendum Jus illud, quod Civibus Romanis cum peregrinis & Gentibus commune fuit: hætenus enim nihil inter Jus Naturæ & Gentium interest. Unde Ulpianus Jus omne in duas species dividit, commune & proprium Romanis: & commune modò dixerat Jus Naturæ aut Gentium.
l. 6. ff. de J. J.

40. Utrique Juri Universali, Naturæ scil. & Gentium

Gentium, inveniendo, demonstrando, & illuminando, incomparabilem operam navavit populus R. per suos Prudentes, Viros omnium artium disciplinis ex-cultos atque instructos: qui inde à publicatâ lege 12. tabb. animadversis hujus legis defectibus, usque ad tempora Alexandri Severi, & ultrâ, quibus potissimum floruerunt præcipui Juris Romani Autores, continuo septem seculorum studio, usu, & experienciâ, ad fastigium suum perduxere.

41. Nec adeo mirum id videbitur ei, qui penderit, hoc ferè spacio Romanos, victo terrarum orbe, omnibus Gentibus Jura dedisse, & earum mores perdidicisse. Omnium enim populorum lites, si-ve apud ipsos populos agitatae, si-ve Romam delatae, per Præsides aut Magistratus Romanos, aut sub eorum imperio atque auspiciis, non jure civili, quod civibus Romanis proprium, nec peregrinis commune fuit, sed ex Jure Gentium, (quod Prudentum consiliis & responsis subministrabatur) aut populorum moribus decisa sint. Quæ tam singularis & tam diuturna occasio excolendi & exornandi Juris Gentium, & earum mores pernoscenti, in nullo alio populo unquam fuit.

42. Ab his ergo principiis exorsi Jcti Romani, ita processere, ut primum totius Juris prudentiæ, & artis æqui & boni, seu, ut quidam vocant, artis Legislatoriæ, fundum posuerint Jus Naturæ & Gentium, tanquam Jus hominum commune. Si quid præterea poscebat utilitas civitatis vel civium suorum, id Juri isti communi addiderunt, vel, quâ per ipsum Jus Naturæ licuit, detraxerunt, idque demum *Jus Civile* fuit, ac ter-

ac tertia Juris species, *d. l. 6. pr. ff. de J. J.* cujus principium est utilitas, salus, ac felicitas civitatis & civium.

43. Aded totius Juris Romani, à Prudentibus compositi, corpus est Jus Naturæ & Gentium, &, quod ei accedit vel decedit, saltem Jus civile. In hoc igitur corpore, in hoc fundo, septem seculorum culturâ subactò, sedes quasi ac domicilium est Juris Gentium; & unâ, ut sic loqui liceat, hospitium Juris civilis. Atque ita rectè *collectum Jus* dicitur *ex præceptis naturalibus, aut gentium, aut civilibus.*

44. Per jus civile propriè & specialiter intelligi constat Jus à Prudentibus seu Jctis ex triplici hoc præceptorum genere compositum. *per l. 2. §. 5. ff. de Orig. Jur.* Atque hoc solum nunc respicimus, quia id artem ac scientiam Juris complectitur; ex qua deinde Imp. constitutiones, veluti rivuli ex capite & fonte suo, Prudentum suggestiones, ductæ sunt.

45. Hæc jactare nolim; sed Deo O. M. vitam ac vires clementissimè largiente & adjuvante, alias demonstrare annitar. Quod thesium angustia non patitur; quæ interim prodromi loco esse poterunt.

46. Cæterum loquimur de Juris Romani arte & scientia, quæ à Jctis Romanis prodita, & Prætorum maximè edictis exposita fuit. Hæc Imp. quoque secuti sunt, & Hadrianus Augustus operâ Juliani Jcti in edictum perpetuum contulit; factoque inde Scto, (cujus meminit *l. 2. §. Sed quia. 18. C. de Veb. jur. en.*) cautum fuit, ut ex eo, &, si quid in eo deficeret, ad ejus regulas & imitationes, jus statueretur. Unde hoc edictum perpetuû, ad cujus exemplum & seriem Jus Justinianæum, quo utimur, concinnatum quoque est,

B

effi-

efficit præcipuè corpus Juris Romani: & huic qui juri operam daturi essent, initiari solere dicitur. *Vid. Dn. Struv. Exerc. 1. th. 63. in fin.* Sed id hujus loci non est.

Monita ad Grotii Proleg.

§. 5. 6. & 7.

47. Cùm Clariss. Autor *Societatis custodiam intellectui convenientem* facit primum & adæquatam juris naturalis principium, totus ipsemet incidit in sententiam Carneadis quam refellit. Nam & Carneades intellexit utilitatem constantem & intellectui hominis convenientem, non momentariam, & mox in exitium erupturam atque à ratione vel intellectu humano abhorrentem: qualia nemini in mentem venire poterant, nisi homini furioso. De Societatis principio *Vid. inf. §. 60. & seqq.*

Ad §. 8.

48. Nihil hujus ex societate sequitur, nisi alia probetur causa, quæ homines obliget ad societatem; atque hæc tum aliud erit principium prius. Sed & eoposito, prohibita hæc omnia forent, etiam nulla esset societas.

Ad §. 9. & 10.

49. Confunditur hic quod juris & quod virtutis est. Nec eo hæc species ab altera differt, quod ea largior, sed quod tota specie ab altera distincta sit, & ad aliam disciplinam pertineat. Nec verum est, *ejus naturam in eo positam, ut, quæ jam sunt alterius, alteri permittantur, aut impleantur*; Quin contra, hic effectus est juris propriè dicti.

Ad

Ad §. 11. 12. 13.

50. Nihil in toto contextu cohæret aut concludit. Quæ enim consecutio? *Fore jus Natura ex societate etsi Deus non esset. Cum ergo Deus sit, idè id obtinere, quia Deo parandum. &c.* Equidem non parètur nisi jubenti: hæc enim correlata sunt, *jubere & parere*; quæ invicem ponunt ac tollunt. Hoc igitur præmissum esse debuit, ac probari, non, Deum existere; sed, Deum jussisse: quod ne præmisit quidem, nedum probavit.

51. Tale quoque est quod ait: *Deo hoc jus tribui debere, quia voluit hæc principia in nobis extare.* Nam & voluit ille in nobis extare principia opificiorum, rerum naturalium, & aliarum rerum infinitarum. An inde concluseris, ad ea omnia, id est, ad omnia quæ scimus ac novimus, nos obligari?

52. Sibi quoque adversatur cum ait: *Jus Nature esse à libera Dei voluntate.* Eo enim concesso corruit thesis ipsius, societatis custodiam esse primum & adæquatam principium juris naturæ; cum pendeat ab alia causa priorè, ex quâ alia & multò plura sequuntur jura. *Vid. §. 60. & seqq.*

53. Quin nec à specie impietatis videtur defendi posse quod arguit, *Deum hæc voluisse, quia obtineret etsi ipse non esset*: quo videtur Deum subdicere alii causæ; & assignere ipsi voluntatem pendentem à causâ extrinsecâ, quæ foret etsi ipse non esset; aut ab alio quàm à se ipso. Sic à Grotio societas statuitur causâ voluntatis divinæ; non voluntas Dei causa societatis: quod ferri non potest. Verùm, cum & alii hanc Grotii assertionem meritò improbent, plura non addimus.

Ad §. 14.

54. Vim & injuriam propulsari licere, Jctus Florentinus in l. 3. ff. ff. gemina ratione probat: (1) eodem jure, quo & cultum Dei & parentum. l. 2. cod. (2) Quod Natura cognationem inter homines constituerit; atque adeo majus nefas sit, eos invicem insidiari qui ab eadem communi stirpe nati sunt: Utrumque ex voluntate Dei, quâ & jus sui defendendi omni animanti datum, & cædes cognatorum præ cæteris prohibitum, majusque nefas habetur. Hic nihil de societate; nedum eam esse principium omnis juris Naturæ; sed omnia contrâ. Nec parentum reverentia sequitur ex nuda societate.

Ad §. 15.

55. Hæc ejusdem farinae sunt, cum afferit, *stare pactis ideo esse juris naturæ, quod necessarius fuerit inter homines aliquis se obligandi modus, neque vero alius modus naturalis fingi possit.* ubi tot ferè vitia quot verba videntur. Negatur enim (1.) *modum se obligandi inter homines præcisè necessarium esse*: quia si status esset, quo omnis commutatio traditione fieret, non essent pacta & obligationes, sed modi dominii acquirendi. (2.) Etsi esset necessarius, non tamen ille invenitur in principio societates, aut inde inferitur. (3.) Nec constitui potest liberâ hominum voluntate, nudòve eorum consensu vel pacto. *de quo Exerc. 6.* Negatur (4.) *Alium naturalè obligandi modum fingi non posse.* Nam contrâ, ab ipsa Natura, seu Dei voluntate, efficacissima est obligatio, quoties quis suum facto alterius non habet: præterea verò nulla. (5.) Denique negandum est, obligationem naturâ esse ex pactis nudis, id est, quæ causam

sam obligationis nullam habent. Hanc esse diximus, cum pacto jus in alterum transit, quod ipsi adhuc abest, & nondum præstitum fuit, idque *synallagma* dici. Vid. *Exerc. 6.*

56. Quod porro ait: *Ab hoc fonte* (scil. quod juris naturæ sit, stare pactis) *fluxisse jura civilia; ut qui cœtui alicui se aggregant, aut homini alii se subjiciunt, tacite saltem promississe intelligantur, se secuturos id quod ille vel cœtus pars major constituisset.* &c. id, si quod res est, pace omnium, dicere liceat, tale est, ut perniciosior error intelligi vix posse videatur. §. 72. & 99. Adeo hac sententiâ in lubrico locatur Sancta illa Regum, Principum, ac Reip. autoritas, & sacra Imperii Majestas; quin tota planè evanescit, & deformatur in jus præcarium, quod pendet à voluntate & pacto subditorum, seu singulorum, suo facto se cœtui aggregantium, vel alii subjicientium. Quin vix à pacto pendere eam facit, sed & à pacti fictione: quia ait, intelligi debere tacite promississe, *secuturos se, quod Ille vel cœtus pars major constituisset.*

57. Nec quicquam omnium probavit, sed omnia gratis assumpsit, quæ, ut juris naturalis ars aut scientia esset, prius demonstranda fuerant. Nondum probavit, quod, & cur, homines naturâ teneantur stare pactis, & quæ sit illa potestas, quæ eos vinciat, & adstringat, ne à pactis, i. e. à voluntate sua, contra illius naturam & libertatem, & contra *l. 22. vers. nemo. ff. de Legat. 3.* recedere possint. Certè, mutum illud societatis nomen adeo vim eam non habet, ut nihil minùs.

58. Sed nec probavit, aut in æternum probabit, in societate esse principium obligationis naturalis.

Etſi enim illa ſit à natura, non tamen eſt principium ju-
ris naturæ; nedum obligationis naturalis. Quin & quæ
à natura eſt, Natura, quæ eam inter homines conſti-
tuit, inſtitutum ſaltem, ac ſtadium, & appetitum ad ſo-
cietatem dedit, uti inter animantia alia; at non necesſi-
tatem ſeu obligationem. *Vid. §. 60. & ſeqq.*

59. **E**tſi verò hæc omnia quoque probata & ve-
ra eſſent, tamen longè ſublimius quid eſt, & divinius
ſummum imperium, quàm ut à cauſa tam fluxa &
vulgari ducendum ſit. Eſt illud ipſius Dei vicarium
in terris munus, cui, ut ipſi Deo, omnis anima, velit
nolit, ſubjecta, neque id arbitrio & pactis ſubjecto-
rum relictum eſt. Sed de eo, & cui hoc ab ipſo Rerum
Autore concessum ſit, ſcil. originariè toti corpori in
ſua membra, à quò id alii committi poteſt, ſuo loco
videbimus. Patet hinc, quàm procul hæc à Gro-
tio tradita abſint à principio juris Naturæ & obliga-
tionis.

Ad §. 16.

60. **Q**uæ Celebr. Autor occasione illius Hora-
tiani; *Utilitas juſti propè mater & aqua*: de matre &
proavia juris affert, nimis frigida & jejuna ſunt, &
ab eodem errorum capite profecta. Poëta contra
Stoicos, qui omnia delicta paria dicebant, paribusq;
pœnis metiebantur, ait, ei adverſari (1.) ſenſum ſeu
rationem. (2.) Mores. (3.) Utilitatem, quæ cauſa
ſeu mater eſt juris civilis: *per §. 42.* atque ita juſ omne.
Quæ nihil ad rem noſtram.

61. **C**æterùm Clariff. Autor jam parat respon-
dere Carneadi, qui in ſola utilitate ſtatuerat princi-
pum juris naturalis. Cum verò & ipſe Grotius, ſo-
cie.

cietatem substituendo, reverā nihil aliud referat quā utilitatem & commoda quæ societas affert, idē, ne ipsemet facere cum Carneade videatur, in eo maximē laborat & totus est, ut aliquid fingat vel excogitet, quod præter utilitatem venditare possit, simul esse causam juris. Quidnam id est? *Natura humana*, inquit, *est mater juris naturalis: & proavis juris civilis.* Quæ natura? Quæritur, quæ sit prima & adæquata causa seu principium, quo humani generis libertas coarctata, & homines in universum obligati & adstricti sunt ad illa, quæ Jus Naturæ præcepit, implenda? Respondet Autor: **NATURA.** Quæ, inquam, Natura? *Humana*, seu nostra. Qua ratione hæc Legislatrix, hæc mater Juris Naturæ, illud omni humano generi præscripsit? Qua vi universos obligavit, & necessitate sic agendi adstrinxit? Quibus signis id omnibus manifestavit? Quibus denique mediis illud exequitur in invitos? Respondet: *Natura humana nos fert, & licet nullius rei indigeremus, ferret, ad societatem mutuam APPETENDAM.* En primam & adæquatam causam juris Naturæ sanctissimi, inviolabilis & æterni. Quis illud tulit & nobis præscripsit? Natura nostra; id est, nos ipsi nobis: si enim alia causa prior esset, hæc non esset prima. Idem ergo sumus Legislatores à quibus lex lata est, & in quos. Idem, in quorum voluntate lex est, & qui ejus vinculo adstricti sunt: cum tamen nemo imperium habeat in se ipsum; nemo se suā voluntate ita adstringere queat, ut non contrariā voluntate, pari ratione & potestate, inde recedere possit. Qua igitur potestate natura humana, seu totum genus humanum, sua voluntate
suo.

suoque voto jus in se constituit, eâdem totum humanum genus, suâ pariter voluntate, id tollere & abolere potest. Si dixeris, non posse, danda est alia causa prior, & toto humano genere superior, quæ impediatur.

62. Et quis ita interat: Ferimur naturâ ad societatem appetendam; ergo societas est primum & adæquatum principium juris Naturæ & obligationis? Innumera alia sunt, ad quæ naturâ ferimur: Innumera ergo essent juris naturæ & obligationis principia prima & adæquata. Quin contrâ, ex eo, quod naturâ ferimur ad societatem APPETENDAM, sequitur, â naturâ nobis appetitum, instinctum, & desiderium societatis insitum, non necessitatem & obligationem injunctam. Atque sic Autor hac quoque ratione suam ipsè causam jugulat.

63. Vult autem adhuc Autor videri, se non cum Carneade sentire, ac principium hoc in sola utilitate constituere; & ided addit: *Quod natura nostra nos ferret ad societatem etsi nullius rei indigeremus.* Sed frustra. Nam & hoc gratis adsumit, quid futurum esset, si nulla re indigeremus, qui status hominum non est. Et 2. quæcunque tunc esset natura humana, id certè, ad quod appetendum illa homines ferret, pariter quoque foret in arbitrio & potestate humani generis: aut tum quoque alia causa prior & superior danda esset, quæ eam impediret. Sed & 3. hæc quoque assertio tota falsâ est; nâ illud quod naturaliter nos movet ad societatem, est utilitas vel jucunditas quam societas affert. Non enim voluntas naturâ movetur, nisi specie boni; seu ad id, quod bonum ipsi videtur, & quo proinde, si abesset, indigeret. Quod si igitur in
socie-

societate nihil esset, quod nobis utile, seu gratum aut jucundum videretur, (quod alteri par est, & sub eo continetur l. 16. §. 1. ff. *Quod vi aut cl.*) voluntas naturā ad eam non ferretur: ut vulgo vel ex Ethicis constat. Nihil ergo relinquitur in principio societatis quam ejus utilitas, aut jucunditas (quippe quæ, ut dictum, alteri par & sub ea comprehensa est. Vid. inf. §. 95.) & quod omnino est involuntate & potestate hominum, nec causam obligandi & necessitatem adstringendi generis humani habet.

64. Porro ait Auctor: *Civilis vero juris mater est ipsa ex consensu obligatio, quæ cum ex jure naturali vim habeat, natura hujus quoque juris civilis prævia dici potest.* Hac vero non modo non coherent, sed directio pugnant. Obligatio non est causa juris, sed contra, ejus effectus: non mater, sed partus. Obligatio ex lege est, non lex ex obligatione: Hujus mater lex est, non illa legis.

65. Sed & obligationem naturā non esse ex nudo consensu, seu pacto, cui causa obligationis non subsit, atque hanc causam *synallagma* in jure iuri, vidimus §. 55. & patebit *Exerc. 6.* Nec alter verum est, quod ait, *obligationem ex consensu vim habere ex jure naturali.* Sed & ita loquitur, quasi nulla alia sit obligatio naturaliter quam ex consensu: quod sane haut levem ignorantiam juris naturæ non tantum, sed & juris communis, præ se fert quo alia sunt certissima & indubitata obligandi causa: cum contra, quæ ex consensu esse dicitur, non sit ex consensu per se, sed quatenus causa subest, ut suo loco

66. Hinc planè corrumpit quod demique ait: *Utilitatem*

patem juri naturali accedere; juri civili causam dedisse.
 Etenim hac, cavillatione potius quam ratione, neutiquam efficiet, quod minus principium ipsius, perinde ac Carneadis, sola utilitate pensitetur. Quod enim Juris naturalis matrem dixit humanam naturam, jam explosimus. Eâ igitur causâ sublata nihil relinquitur cui accedat utilitas; sed hæc sola causa superest: iterumque aded patet, nullum discrimen remanere inter jus naturale & civile; sed utriusque causa perinde statuitur utilitas.

Ad. S. 31.

67. Hoc consilio, quod pace Clariss. autoris dictum sit, nihil absurdius videtur. Non enim ex hujusmodi centonibus scientiæ compages & ars juris existeret, sed malè consuti & consarcinati opinionum diversarum panni. denique monstrum, non scientia juris Naturæ: quæ nulla est, nisi ab uno certo fonte ducta.

Monita ad Dn. Culpis. Exerc. I.

Ad. S. 3.

68. Quod verbis Grotii refert Dn. Culpis. ex conditione humanæ naturæ luculenter demonstrari posse, refutatum jam est *S. 61. & 62.* eam enim intelligit, quâ ferimur ad societatem appetendam. Reverentia Numinis, quam addit, nimis generalis & indefinita, est, & omnem moralem scientiam & Theologiam comprehenditur. Quin & sibi adversatur. *Vid. ad Græv. S. 8. inf.*

69. Omnia, quæ hic tradit, pugnant cum rationi-

tionibus scientiæ: quam illa non extruunt, sed destruant. Nec verò tam sollicitus ipse videtur de re & veritate, quam ut disidentium de Juris Naturæ principio opinionum Autores absolvat; quos conciliari posse ait, etsi ipsi dissensum profiteantur. Sic & ipse cum iis natat; quorum tamen nemo minus certam sententiæ suæ rationem habere videtur quam ipse, qui omnibus dissentientibus consentit, & omnium partes recipit, mox tamen se ipsum recolligit, cum eos admittit *dummodo in se veri sint ac aliis admitti possint*: quod ferè est dicere, *Veros esse si veri sint.*

70. Bonâ Viri celeberrimi veniâ dixerim, in re tanta, ubi de certo Juris Naturæ principio, & de ejus veritate, re in rebus humanis omnium momentosissimâ, quæritur, vœcordiæ videri, tam anxie laborare, quid alii senserint, & an inter se dissenserint, aut an conciliari possint. Non potest inde vera expectari Juris scientia, ubi ita fluctuantur ejus principia, ut desudandum sit in iis componendis. Neque est scientia, quæ, ut Vir Celeb. inquit, *variis modis tractatur, & quæ ex diversis fontibus repetitur*: sed ut scientia sit; ubique, & cum in principiis suis, tum in conclusionibus, sibi eam constare, & secum convenire, totam ab una stirpe exurgere, unoque quasi spiritu vivere & animari, atque ita in solidum juris & artis corpus maturescere oportet.

71. Quam varia sint illa à variis Autoribus suis jactata Juris Naturæ principia prima & adæquata, ipse hic refert Celeb. Dn. Culpis. & quædam pro arbitrio suo probat, quædam repudiat. Inter hæc rejicit eorum opinionem, qui jus Naturæ

à sola utilitate ducunt: cum tamen hæc reve-
ra sit propria Ipsiusmet, & Grotii, ac Dn. Puffen-
dorffii &c. opinio, quicquid illi disimulent, atque ina-
nium verborum fuce in contrarium contendant,
naturam humanam insuper comminiscendo, qua
ad societatem appetendam homines moveat;
quo ipso ad solas utilitates hominum relabuntur,
nec aliud in societate, quod homo appetat ostende-
re possunt; ut *ad S. 7. inf.* pluribus.

72. Deinde rejicit eos, qui in præceptis Noa-
chicis; & admittit, qui in Decalogo, principium quæ-
runt: cum tamen hæc duo valde convenient, & illa
præcepta multo verius quam cætera, quæ recen-
set, omnia, huc referri possent: quin præcipua ju-
ris naturæ & gentium capita verisimè contineant;
at non principium illud eorum primum & adequatum,
quod quærimus. Non enim nunc quæstio est, quæ
sint præcepta Juris naturæ, sed quodnam sit prin-
cipium illud, unde, & illa Noachidum & Decalogi
præcepta, & cætera omnia Naturæ jura, & inpri-
mis necessitas, seu vinculum illud, quò totum ge-
nus humanum ad illa immutabiliter obligatur, flu-
unt & cognoscuntur.

73. Cætera, quæ enumerat, principia, sunt
otiosa, vaga, ac inania nomina, quæ nihil certi,
quod huc faciat, declarant, & magis verborum,
tinnitus sunt, quam rerum significatio: perinde ut qui
allegant *dictamen rectæ rationis*; vel *custodiam socie-
tatis humano intellectui convenientem*; vel simile quid,
quo

quo principium petitur, & id ipsum quod in quaestione est, (instar ejus *posideo quia possideo*;) pro principio, allegant. de quo *ad §. 7. inf.* Ex hujusmodi autem verborum umbris quid aliud quam umbra; & quid minus quam solidum juris naturalis corpus effici seu existere potest?

• 74. Quid autem vanius & ociosius, quam quod ait *ca* conciliari posse? Cum adeo sint vaga, ambigua, & indefinita, ut vel intelligi inde non possit, quid autores velint, nedum quod invicem consentiant; vel ut in omnes partes, quasi cereus nasus, duci, atque ita ad mentem cujuscunque conciliatoris confingi possint. Certè, quæcunque fuerit conciliatio, recidet tandem & relabetur ad hominum utilitates, quæ ex societate sperantur; aut ostendatur aliud quid propter quod homines societatem appetant. Sed & eo quoque ostenso, nihil aliud inde exculpent, quam quod homines naturâ id appetant, velint, cupiant; non autem, quod, si nolint, ad id teneantur. Atque hæc tum erit conciliatio Dn. Culpisii, tota, inquam, frustranea, à quaestione aliena, & quæ semper principium petit: ut mox plenius.

Ad §. 7.

Disquisitio principii societatis intellectui humano convenientis.

75. Hic jam mentem suam prodit *Celeb. Culpisii* non suis, sed *ipsis Grotii & Puffendorffii* verbis. Ex *Grotio* comprobatur sententiam, *que custodiam societatis huma-*

humano intellectui convenientem Juri Naturæ, tanquam fundamentum substernit; eamque veteribus quoque laudatam ait. Tum pergit: Sunt quidem, quibus ea haut placet à ego tamen asserere non dubito, isthoc (Sunt ipsa quoque verba Puffendorffii lib. 2. de Jur. Nat. cap. 3. §. 19. in princ.) principium deducendi juris Naturalis, non genuinum solum & manifestum, sed sufficiens etiam ac adequatum debere haberi: idque Puffendorffium nunc abunde demonstrasse. d. l. 2. cap. 3. n. 15. Et idem addit, Confessores Judiciorum novitatum errasse, quando hoc inter errores retulerunt: idque ipsis merito improbrasse Puffendorffium &c.

76. Etsi verò hanc opinionem jam sup. §. 6. ad Gro'tii §. 47. & seqq. refellere cœperim, & præterea existimem, eam, cognito vero principio, sponte disparitueram, quoniam tamen Dn. Culpis. hîc, tanquam ex professo illam repetit, atque ut suam denud asserit, & tantopere jactat, *custodiam societatis, humano intellectui convenientem, esse principium Juris Naturæ genuinum, manifestum, sufficiens, adequatum: idque Puffendorffium nunc abunde demonstrasse; nec de eo se dubitare; quin (quod imprimis falsissimum est.) veteribus jam laudatum fuisse, examinandum uberius credidi, quid in his exaggerationibus, quin in hoc societatis principio, in quo è contrario nullum principii Juris vestigium residere persuasum habeo, momenti situm sit: ne quicquam, nedum hoc, in quo cardo rei & questionis vertitur, veluti à tergo, non satis complanatum, relinquatur.*

77. Quâ in re cum primis testor, non id à me agi, ut quicquam detraham memoriæ, famæ, & gloriæ Avorum sumorû virorum aut aliorum Dectissimorum

JCTo-

Jctorum sententiis; sed, ut inveteratum jam illud præjudicium, quo rei humanæ ac publicæ, summique in terris potestatibus, nihil funestius puto, idemq; à Cordatis & peritis Jctis, re rite pensatâ, cognitum iri confido, animis hominum evellatur. Unde si quid duriusculè & paulò acrius dicendum fuerit, non in eos hoc dictum volo, (quorum ego nomina, & explorandi Juris studium ac industriam veneror & suspicio:) sed de causâ, cujus veritatem detectam & certam esse tanti equidem interest humani generis, ut nihil quicquam magis. Deum verò O. M. supplex adeo & obsecro, ut & mentem & calamum ita regat, ne à divinæ & SStæ suæ voluntatis, (de qua, tanquam fonte, ut omnium bonorum, ita omnis juris, unicè hic quaeritur) filo ac tramite vel latum unguem aberrem aut deslectam!

78. Hoc ut planius procedat,

I. Quæro, quid uterque velit per *intellectui humano conveniens*? Quæ locutio insolens est & otiosa videtur. Si vim vocum spectemus, cum dico: *Istud in intellectu meo convenit*: nihil aliud dico, quam, *istud ego intelligo*, vel: *istud tale est quale ego intelligo*.

Id verò quid! ad rem? aut quis sanus inde sensus? Juvemus tamen quantum potest. Quid ergo intelligunt, cum ajunt, *Principium Juris naturalis esse societatem humano intellectui convenientem*? An societatem qualem homines sibi semper utilem fore intelligunt seu judicant? Aliud enim non occurrit, quod sano sensui conveniat. Sed nec hoc rationi. Sic enim principium Juris naturalis statuitur, quod homines sibi expedire sentiunt seu intelligunt. Quo posito omne jus naturæ ejusque obligatio prorsus aboletur & extinguitur.

79. II. Quo

79. II. Quoquo verſum autem illi hæc verba ſua voluent, quorum, prout jacent, nullus, nedum ſanus eſt ſenſus, id ſaltem inde efficitur, ut intellectus humanus ſtatuatur cauſa adæquata Juris naturalis: quo certè nihil concipi poteſt, quod magis à ſenſu quoque communi exorbitet. Etenim intellectus humanus non facit jus Naturæ, ſed quod eſt, apprehendit; nec regulam dat Juri, ſed à jure accipit. Nec intellectus ullius rei principium eſt; ſed contra, res principia intellectus. Res enim ſui ſpeciem, ſeu, ut a-
junt, idèam, in intellectu formant, eique imprimunt; intellectus à rebus recipit. Et ſunt aded jura naturæ & res omnes ante intellectum humanum. *conf. infra n. 17.*

80. III. Enimvero humani intellectus judicia in infinitum variant. *Quot capita tot ſenſus!* Quam iſte laudibus evehet utilitatem vel legem, alter ut peſtem reip. damnabit, uti maximè pronum eſt hominum genus ad diſſentiendum. Inde vero quis Juris Naturæ certi, immoti ac perpetui, principium eruet?

81. IV. Quin etſi omnes eandem utilitatem laudent, atque omnium in unum conſpirent intellectus & judicia, tamen alio tempore & ſtatu aliæ poterunt eſſe ſocietatis rationes, aliæque utilitates publicæ; atque adeo aliud jam jus naturæ. Quemadmodum jus civile, cujus principium conſtat eſſe utilitatem publicam, ſeu ſalutem populi ac civium, §. 42. *ſup.* ob hanc ipſam cauſam mutabile, indèque regula fit, quòd lex poſterior deroget priori: notumque eſt, quanta in Rep. Romana, translata populi poteſtate in Principem, Jurium mutatio ſenſim facta,

§2. *§2.* **V.** *Uti autem utilitas illa non tantum* **§2.** *temporibus ac status publici rationibus, sed & locis* **§2.** *variare potest, & pro locorum conditione alia &* **§2.** *alia intelligitur, ita Jus hoc Naturæ aliis locis aliud* **§2.** *foret. Quod iterum exemplo juris civilis constat;* **§2.** *adeo ut in eodem regno vel Principatu singula fere* **§2.** *municipia propria ac peculiaria jura habeant, eaque* **§2.** *varient pro cuiusque municipii vel civitatis utilitate.*

§3. *VI.* *Atque ita hoc communi utriusque* **§3.** *Juris principio tolleretur omne discrimen Juris* **§3.** *naturæ & civilis, & utrumque æque mutabile & am-* **§3.** *bulatorium, nec in illo magis quam in altero prin-* **§3.** *cipium utilium obligationis, sed, ut populo in civitate, ita* **§3.** *omnibus in societate humana liberum foret vivere,* **§3.** *prout sibi seu intellectui suo humano conveniens vi-* **§3.** *sum fuerit. Quo momento evanescit omne Jus naturæ,* **§3.** *nullumque jam est Jus hominū commune, & quod ca-* **§3.** *pat rei est, delentur omnia obligationum vestigia;* **§3.** *in tantum, ut nullum jam constaret vinculum Ju-* **§3.** *ris, quo subditi tenerentur Principibus & magistra-* **§3.** *tibus suis: (nam id unice esse a Jure Naturæ, in* **§3.** *confesso est:) nullum vinculum fidei quo homines* **§3.** *in vicem; quippe quod ipsum quodque vim omnem ac* **§3.** *robur suum a lege Naturæ accipit. *§3.* Neque adeo* **§3.** *ullum amplius erit Jus naturæ obligatorium; sed in-* **§3.** *ane nomen & jam non *prope*, ut Horatius addit,* **§3.** *sed, ut Carneades, absolute;*

Utilitas justæ unica mater & æquæ.

§4. *Verum huic argumento non est quod*

institam, quia ipse quoque Grotius §. 14 §. 29. & etiam
eo Dn. Culp. §. 5. *lib. 1. verborum quidem specie negant principium Juris natura in sola utilitate situm esse, & hanc Carneadis, cui & Epicurus assensit, doctrinam, ex professo impugnant.* Quapropter hoc nunc primum, ut omni confessione certum & indubitabile assumo: *Principium Juris Natura non posse statui in sola utilitate, quæcunque illa fuerit.*

85. Cæterum, cum illi verbis quidem id resollant, re autem consentiant, ælemque quod Carneades & Epicurus, afferant, eo evicto manifestum erit, ipsorum pariter principium iisdem argumentis, eodemque judicio suo funditus everti ac collabi. Cujus rei demonstratio ut viâ & ordine procedat, duo capita in uaverfum explananda sunt. I. In Grotii principio de motu humane naturæ ad societatem, nihil contineri, quam hominum utilitates seu jucunditates. II. Etiam ea, quæ Grotius & Dn. Culp. præterea contineri eo volunt & afferunt, quam longissime abesse à principio adæquato Juris Naturæ, nihilque cum iplo commune habere, quin directo cum eo pugnare.

86. Prius caput (ut inde ordiar) quod spectat, vulgatum in primis est, & constat ex Ethicorum disciplinis, voluntatem hominis naturâ suâ moveri ad id quod ipsi bonum apparet; & aversari seu fugere contraria; atque huac sensum omnibus animantibus, simulac genita sunt, communem esse. *Vid. Cicor. lib. 1. de Offic. c. 4. sap. §.* Quod ergo appetitur suo contrarium est, ad illud naturâ non feruntur homines, sed illud naturâ aversantur. Certum est itaque, in hoc motu & appetitu naturali homi-

hominum & brutorum, nihil contineri nisi bonum, quod sibi utile vel jucundum sentiunt; non autem quod appetitui suo contrarium; sed contra, id fugere & abominari.

87. Bona verò, quæ ex societatis rationibus fluunt, & ideo homines naturâ ad eam appetendam instigant, non alia apparent, nec ex ejus natura elici possunt, quàm quòd se solos sibi non sufficere sentiunt; quod vita solitaria metu, terroribus, periculis &c. undique obfessa; nihilque sit, quod languores, casus, tempora solari, necessitatibus & indigentis infinitis succurrere; atque adversitates depellere, aut animum recreare seu oblectari queat. E contrario, quòd societate contractâ utilitatibus suis melius & deliberatius consulere; eas communi consilio & industria abundantius comparare; conjunctis operis certius tueri, & factas tectas servare; pacem, securitatem & tranquillitatem inter se & contra alios, unitis viribus feliciter defendere, & vim ac injurias aliorum propulsare; consuetudine proximorum, vel amicorum, vel saltem congenerum, quâ nihil homini lætius ac jucundius, & contra solitudine, nihil tristius & acerbius esse diximus, quietius & tranquillius frui, gaudere, delectari, in rebus adversis ad eos confugere, opem, solatium, præsidia implorare, & sperare, quin & tempora fallere, & his similia bona, inde carpere aut capere possint, quæ ex societate manare cum bruta sensu, tum homines plenius ratione quoque & intellectu percipiunt. qualia & recenset *Sen. 4. de Benef. 6. 13.* Hæc igitur

sunt illa emolumenta, illa eximia, & læta, quæ nomine voluptatis (quippe quam homines ex his utilitatibus & jucunditatibus, seu bonis suis, hauriunt:) à Cyrenaicis seu Carneade, & (quem illi hæc in re ^{substantiam} habent, *inf. §. 99.*) Epicuro, significantur, & proinde sola hoc principio, quod in motu & appetitu naturæ humanæ ponitur, comprehensa sunt.

89. Enimverò quid habent, quod præter tales utilitates afferant ad hoc principium, quàm quod natura humana nos ferat ad appetendam societatem mutuam? In eo enim Grotius *Proleg. §. 16.* collocat universum illud, quod ultra hominum utilitates principio suo inesse contendit. Hoc ipsum verò, cujus causâ homines ad appetendam societatem feruntur, sunt eximia illa commoda, quibus naturâ suâ gaudent, quæ anxie appetunt, & quæ citra societatem tueri non possunt: Atque ita quasi per circulum revolvitur Grotius, & unâ D. Culp. cum suo principio, ad hominum utilitates seu voluptates.

89. Quod si quis negat, monstrat & demonstrat necesse est, quid rei præterea sit in societate, ad quod appetendum natura humana homines ferat, quàm utilitates, caritates & suavitates, quas ex ea sperant aut sentiunt. Quid rei, inquam: non vaga & inania verba. Neque verò ad utilitates hominum ex eo accessio fit, quod ajunt, appetere homines non quamvis societatem, sed tranquillam & duraturam. Nam & hæc est utilitas societatis, quæ quod firmior & quietior est, eò major est utilitatis gra-
dus

dus, & sic hoc magis utilitas, ac nihil prætereâ.
 Neque de alia Carneades quoque & Epicurus sen-
 sere: uti jam porrò patebit.

90. Ut ergò evidentior res fiat, videamus
 verborum summam, & colores, quibus Grotius
 principium suum depingit & oblinere voluit.
 Ait igitur §. 7. & 8. Proleg. *Quod homo ani-*
mans quidem sit, sed eximium animans, eique appetitus
societatis tranquilla, & pro sui intellectus modo ordinata, homi-
nique proprius, insit. Negatque naturâ quodque animal ad
suas tantum utilitates ferri, sed quædam id studium respectu
fætuum vel congenerum suorum temperare, & in infanti-
bus quoque speciem propensionis in beneficos prorumpi: Ho-
mini maturo autem, cum circa similia similiter agere nō-
rit, cum societatis appetitu eccellente, inesse etiam facul-
tatem sciendi agendique secundum generalia præcepta, cui
quæ conveniunt, non jam omnium animantium, sed huma-
næ naturæ esse congruentia: atque hanc societatis custodi-
am humano intellectui convenientem esse fontem Juris Na-
uræ, seu, ut Dn. Culpilius inquit, ejus principium
genuinum, sufficiens, manifestum & adæquatum.

91. Adversus hæc multò plurima moneri &
 moveri possent; sed compendium, quantum fieri pot-
 est, faciemus; ut appareat quàm procul hæc absint ab
 adæquato principio Juris naturæ & obligationis: &
 quàm his verborum imaginibus illud non constitua-
 tur, sed omnia potius ejus vestigia aboleantur.

92. Nihil est quòd ait, *hominem esse animans, sed*
eximium animans: Quod enim homo eximium habet
 præ reliquis animantibus, id non est ab hoc motu
 humanæ naturæ ad societatem, qui & aliis animan-

tibus communis est; sed à ratione & mente humana, quâ multò plura comprehendit commodorum & voluptatum genera ac modos, quàm bruta; & tum ea quoque motu naturæ suæ appetit, & adea fertur, tanquam ad suas utilitates, vel ad ea quæ sibi grata sunt vel jucunda.

93. Quòd animantia naturæ suæ motu & instinctu feruntur ad curandum & tuendum foetus suos, inde est, quia motus isti, (sæpe Prima naturæ. *Vid. Grót. lib. 1. cap. 2. §. 1.*) incipiunt à se ipso & studio sui. Animantia enim in id feruntur, ut primùm sibi cupiant; tum inprimis foetus suos, tanquam sua viscera, ament; hinc appetunt, quod sibi primùm, tum foetibus suis utilis, vel jucundum, aut bonum videtur; & contrà averfantur & arcent quod noxium vel molestum, aut malum. Quæ solidè ita tradit, & præclare illustrat *Cicero lib. 1. de Offic. d. cap. 4. & seqq. & lib. 2. de Sen. cap. 11. & alibi passim.*

94. Neque adeò verùm est, quod ait Grotius: animantia studium hoc sui & suarum utilitatum ita temperare respectu foetuum &c. scil. quia onera, molestias, mala, idèò suscipiunt. Nam & homines, ut opes conquirant, quid non laborum, periculi, etiam cum præsentis vitæ discrimine, per immania maria &c. subeunt; nec tamen quicquam appetunt, quàm utilitates suas & opes; imò eas tantò ardentius appetunt, quantò plus laborum, periculorum, malorum &c. adeunt earum comparandi vel consequendi causâ. Non enim hæc appetunt, sed opes, quas aliter obtinere non possunt: uti in vasor, qui regnum bello, (id est, per quicquid malorum est,) petit, non hæc, sed unice regnum cupit; adeoque & media necessaria.

per pos. 4. n. 4. ad Grót.

95. At-

95. Atque ita homines naturali motu & affectu cupiunt, quod sibi suisque consultum, dulce, lætum, carum & gratum videtur: quæ omnia uno nomine utilitatum, seu commodorum, intelliguntur. *l. 16. §. 1. ff. Quod vi aut clam & in fructibus computantur. l. 7. §. 3. l. 13. §. 4. ff. de Usufr. l. 3. princ. ff. de Aq. quot.* ac pariter in censum quoq; & æstimationem rei veniunt. *l. 7. C. de Bon. proscr.* Nondum igitur apparet, animantia motu naturæ suæ aliquid appetere quàm suas utilitates, eoque magis & flagrantius eas appetere, quò plus laborum & malorum ac periculorum propterea adeunt. Quæ cum pervulgata sint, & à Cicerone, *lib. 2. de Finib. lib. 1. de Offic. & alibi sæpius*, aliisque Moralium autoribus, aded perspicuè & explicatè illustrata, mirum est, Grotium ab eo, quod omnium maximè vehementiam utilitates suas, per pericula, mala, labores, appetendi arguit, sumere causam motus hos minuendi & infringendi.

96. Enim verò, in eo quod voluptatis est, seu, boni jucundi, ut vulgò vocant, fortior etiam ratio est quàm in reliquis utilitatibus. Acriores enim stimuli sunt, quibus ad voluptates suas appetendas homines impelluntur, & qui intimè sentiuntur, quàm ad utilitates extrinsecas: & magis illæ voluntatem & arbitrium & votum hominum faciunt. Atque ita infantum propensio, quam refert, & affectus, est à sensu illo, quo percipiunt quid sibi volupe & jucundum sit, & à quibus id accipiant: His ergo cupiunt, & bene volunt; & idem, si eos vident, lætitiæ; si affligi eos sentiunt, moestitiæ signa edunt. Nam & idem

idem in brutis & feris perspicitur, quæ, etsi victus vel alterius appetitus causâ feruntur ad lañandum homines & pecudes, iis tamen, à quibus aluntur, parcunt, quin ablandiuntur: ut in canibus videmus & de Leonibus aliisque traditur & pervulgatum est.

97. Hactenus ergo in principio Groetiano, quod Dn. Culpisius extollit, scil. in naturali appetitu societatis, nihil apparet, nihilque inde sequitur, quam hominum utilitates ad quas naturâ feruntur, & quæ sine societate vel nullæ, vel non securæ seu tranquillæ forent. Hæc ipsa verò est germana sententia Carneadis, & quem ille hac in re sententiæ suæ consortem habuit, Epicuri, ac popularium. Nam, ut dictum est §. 89. omnino & hi intelligunt utilitatem stabilem & tranquillam: (quæ enim calamitatibus turbatur vel interrumpitur, non est utilitas) quam cum citra societatem homines nec inter se tueri, nedum eam jucundè frui, & tranquillè gaudere possent, ideò eos naturâ ad societatem petendam ferri contendunt: prout ex Laërtio, Lucretio, Cicerone, Gasendo, & aliis latè refert *Tb. Stanley, in part. 12. Hist. Philos. in Epic. part. 3. cap. 11. cap. 24. & seqq.* Atque in eo convenère Cyrenaici (Carneadis secta) & Epicurus eandemque causam tuebantur. Vid. *Boecler. ad Grot. Proleg. princ. pag. 45.* idque disertè testatur *Cic. lib. 4. Acad. quest. cap. 42.* etsi in modo voluptatis disiderent, & Cyrenaici, qualis Carneades, eam in motu; Epicurus etiam in statu, seu perturbationû vacuitate, statueret, ut tradit *Diog. Laert. lib. 2. in Aristipp. in med. & lib. 10. in fin. in literis Epicuri ad Menæceum scriptis.* Quem disensam innuit *Cic. d. c. 42. & lib. 2. de Fin. cap.*

cap. 11. & pas. Cicero, lib. 2. de Finibus. cap. 19. ait: *malle se, utilitates dixisse quam voluptates, in tanto presertim viro: quibus verbis Epicurum laudat.*

98. Hucusque igitur convenit ipsis cum Grotio: omnesque fatentur, (1.) Homines naturam ferri ad suas utilitates. (2.) Homines naturam ferri ad appetendam mutuam societatem. Et hinc (3.) homines naturam appetere illas utilitates seu illa commoda, jucunda, & eximia, quae ex societate proveniunt. Atque haec ad eam eadem cum illis navi Grotius unam vehitur. Caeterum concedit Grotius ipse ab his utilitatibus, ad quas homo naturam fertur, principium Juris Naturae peti non posse; sed eam sententiam in Carneade improbat summopere. Verum, cum tamen & ipse nihilominus societatem mutuam, ad quam appetendam homines naturam feruntur, esse principium Juris naturae venditet; ne in eodem cum Carneade &c. luto haerere videretur, quaesivit colores, quibus ab illis distingueretur, & aliquid ostentaret, ad quod ultra & praeter memoratas utilitates suas homines, appetitu quodam societatis excellenti & sibi proprio, ferri praedicat; & hoc Grotius ait esse fontem Juris naturae, & Dn. Culpis. esse Juris naturalis principium genuinum, sufficiens, manifestum & adequatum. Verum in ea re definienda, mirum est quam Grotius, vir alias summus, fluctuet. Etenim in §. 6. 7. & 8. Proleg. asserit, id esse appetitum societatis humano intellectui convenientis. At in §. 16. inquit, esse naturam humanam, quae homines ad mutuam societatem appetendam ferat.

E

99. Quodsi

99. Quodsi itaque jam planum fiat, utrumque nihil nisi inania verba esse, nihil ultra comoda societatis experientia, neutrumque ad utilitates, quæ ex societate manant, aliquid rei addere, ad quam præterea homines, & propter quam ad societatem, naturali appetitu, ferantur; necessario consequens est, nihil remansurum in hoc principio societatis, ad quod homines naturam ferantur, quam ejus utilitates; seu idem quod Carneades & Epicurus statuunt.

100. Et posterius quidem, quod natura humana homines ferat ad mutuam societatem appetendam, est planè ipsissimum illud, quod & Carneadem cum Epicuro statuisse jam vidimus *sub §. 97. §. 100. & pass.* Nam & ipsi in primis agnoverunt, naturam homines ferri ad mutuam societatem appetendam. & perinde ac Grotius, ad societatem, non *qualemcunque*, sed *tranquillam*, imò tutam quoque, jucundam & beatam. Sic enim refert Stanley. *d. cap. 11.* Epicurum, cum ostendisset, hominum statum extra societatem longè miserrimum, & ferarum vitam esse, per societates autem civiles in statu tranquillo & securo statui &c. ita conclusisse: *Quippe cum is sit omnis societatis, ac resp. adeo finis, ut ex operis mutuis præstitis, vita omnium sit tuta ac beata, quam maxime licet.* Cum verò hæc pars jam discussa fuerit *in Monit. ad Grot. sup. §. 6.* & res planè manifesta sit, pergimus ad id quod prius propositum fuit *sup. §. 85.*

101. Alterum igitur, est, *societas humano intellectui conveniens.* Et jam *sup. §. 79. & seqq.* vidimus, quam voces hæc vagæ, inanes, captiosæ, & ad certum quid definiendum prorsus ineptæ sint; & quomodo-
CUN-

curque eas verbes, nunquam fore, ut ulla certa regula, nedum sana inde procedat illatio ad principium genuinum & adæquatum Juris naturalis, & obligationis. Et, utcunque sensum verborum juvemus, neutiquam tamen ultra utilitates societatis produci posse. Verumtamen horum verborum plenius examen fieri e re videtur: non quasi ad summam rei aliquid faciant (nam etsi omnia, prout Grotius ea exponit aut refert, vera essent, nihilomagus inde ullum principium Juris naturalis seu obligationis duci posset,) ut deinceps demonstrabimus, sed ut sole clarius fiat, nihil ab omni specie principii Juris naturæ disjunctius esse.

102. Dicit igitur Celeb. Grotius, *d. §. 8.* fontem seu principium Juris naturæ esse *societatem humano intellectui convenientem*, Quemadmodum alibi jus naturæ dicit esse *dictatum rectæ rationis, lib. 1. cap. 1. §. 10.* Verum hoc id ipsum est, quod quæritur, quæ sit illa societas humano intellectui conveniens? Quid sit quod dicet rectæ ratio esse principium Juris Naturæ? Ita quod quæstionis solvendæ causâ affertur & respondetur, est ipsa quæstio. Quæritur, inquam, Quodnam sano intellectu, seu recta ratione, sit principium adæquatum Juris Naturæ? Et respondetur, quod conveniens est humano intellectui, seu rectæ rationis dictato. Idem sc. per idem; incertum per æquè incertum; & perpetua principii petitio.

103. Quæ verò unquam fuit societas, cujus focii crediderint, eam non esse *humano intellectui convenientem*? Quis hominum, qui, quicquid senserit, non persuasum habuerit, *id humano intellectui convenire*? Quis

fanaticus, quin pugnaciter asseruerit, *id sibi rectam rationem dicere?* Equidem, (absit calumnia!) quàm propè id abesse videtur ab iis, quæ Cicero, *lib. 4. Acad. quest. in med.* inter captiosas Chryssippi, ipsiusque Carneadis nostri, sorites & cavillationes refert? *Si lucet, luset. Lucet autem. Lucet igitur: Sc.* quin à factò Claudii Imp. qui, cùm litem suâ sententiâ decidere deberet, respondit: *Se secundum eos sentire, qui vera proposuissent.* apud Suet. in Claud. cap. 15. ubi hæc causa contemptus ipsius fuisse dicitur. Talia quoque sunt reliqua, quibus in *d. §. 10.* Grotius jus naturæ describit, quod *dicat recta ratio; quod convenit vel disconvenit cum ratione; quod indicat actui inesse moralem turpitudinem &c.* de quibus agemus *ad d. §. 10.*

104. Ita nulla ars, disciplina, aut scientia est, de cujus principio quæritur, quin in promptu sit responsio, quod intellectui humano convenit; quod dicitur *recta ratio &c.* Sed & nullum esset opificium, de cujus peritiâ; imò nulla prope res, de qua quid sit, quæritur, quin parata posset esse responsio, esse id quod humano intellectui convenit esse, v. g. de sutoria &c. de equo, homine, sensu &c.

105. In disputatione cum Epicuro, Cicero perpetuò eum incessit, quòd, cùm voluptatem fecerit finem bonorum, nullibi tamen eam desiniverit, ut sciretur qualem voluptatem, & quid eo nomine intellexerit. Unde adhuc hodie acerrimè confligitur, de qua voluptate ille senserit. Atque ex eo concludit Cicero, ipsum Epicurum nescivisse, quid vellet, nec intellexisse quid statueret. Quod scitè dictum videtur: quia qui ita verbis vagatur, non minus

nūs mente vagari videtur. Si in voce *voluptatis* id aded reprehenditur, quæ tamen habet sensum aliquem proprium; nedum in verbis, *humano intellectui conveniens*, quæ nullum, certè non sanum vel congruum.

106. Statuit ergo Grotius principium Juris naturalis, societatem *humano intellectui convenientem*. Cui intellectui humano? Et qualem ipse intelligit intellectum humanum? Utrum conjunctim omnium hominum, an seorsim, singulorum? Et porro. Utrum rudium etiam & indoctorum, annon? Et quorum ergo? Item, Utrum illud tantum, quod homines rectè intelligunt, an quod intelligere se credunt, aut asserunt? An quod non intelligunt, sed intelligi debuit? Quamcunque elegeris viam, nullâ evades; sed ubique hærebis in his dumetis ac salebris, ab aditu & liminibus principii Juris Naturæ in infinitum aberrantibus. Ostendi id in singulis posset, sed in re tam manifesta, & cui ad huc ex sequenti tractatu plurimum luminis & momenti accessurum existimo, ullum operæ precium non video.

107. Sanè enim, ut *sup. S. 75.* jam meminimus, intellectus humanus, vel recta ratio, non est causa, ut aliquid bonum vel malum, justum vel injustum sit; sed contra; cum aliquid est bonum vel malum, justum vel injustum, ea causa est, quod intellectus humanus, (rectè scil. sentiens) seu recta ratio, id tale judicet. Id ergo prius demonstrandum aliunde est. Ita, cum duo inter se de suo jure litigant, & cum actor jus suum probavit, Ictus aliquis, vel judex, pronunciant, jus actoris esse, illi

hoc judicio suo non faciunt justum, sed, quod justum est, tale esse pronunciant & declarant, nec ipsorum Judicium est causa juris, sed jus ejusque probatio causa judicii. Atque ita de aliis rebus. Naturam, itaque, invertunt, qui intellectum humanum faciunt, regulam rerum; cum e contrario res, earumque formæ & species dent regulam intellectui. Nec sanè dubium est, quin causa & principium Juris sit is qui jus constituit; non is qui constitutum esse saltem declarat, judicat &c. Ille autor est Juris, hic minister.

108. Porro, si jus naturæ inde æstimandum, quod humano intellectui convenit, frustra societas ad principium hoc arcesitur; quia, etsi non esset societas inter homines, tamen foret humanus intellectus; & quod proinde illi conveniret, esset jus naturæ, & juris naturæ principium etiam extra societatem. Atque ita hæc nihil ad principium Juris facit.

109. Quod & ipse Grotius, sibi met adversus, probat, cum in §. 7. *Proleg.* hoc suum principium ita declarat: *Homini inesse facultatem sciendi agendique secundum generalia præcepta; cui quæ conveniunt esse humanæ naturæ congruentia.* Ipse igitur profitetur præcepta generalia, quæ homini sint norma sciendi & agendi secundum ea, seu iis convenienter.

110. Sequitur ergo (1) Non convenientiam intellectus humani, sed præcepta illa, quibus intellectus & actiones humanæ convenire, & secundum ea formari debent, esse normam & regulam juris naturæ, & horum aded præceptorum autorem, ejusque voluntatem præcipientem esse unicum, genuinum

num, manifestum & adæquatum juris naturæ principium. Sequitur (2) quod jam diximus, diffluere principium adæquatum societatis: quia hæc præcepta vim & robor habebunt, etsi non esset societas. Sequitur: (3) etiam constitutâ societate, omnia hujus jura subjici illi principio superiori voluntatis præcipientis; atque aded non esse juris naturæ principia. Sequitur (4) nihil quoque ad principium Juris Naturæ, facere humanam illam naturam, quæ fertur ad societatem: quia, etsi nihil esset quod homines pelleret ad societatem, jus tamen ab illis præceptis foret inter homines. De quibus & aliis, quæ principium Grotianum funditus subruunt, in sequentibus adhuc agemus.

III. Inprimis igitur, cum principium Juris naturæ statuatur *humanam naturam moventem homines ad appetendam mansuam societatem tranquillam*, sub isto motu naturæ non potest comprehendi illa convenientia intellectus humani. Non enim naturâ movemur ad id quod intellectui convenit, sed quod sensus nos ducunt. Motum ad societatem sentimus, & ictus illos Naturæ, ut Cicero vocat, quibus ad aliquid appetendum pellimur, sensu percipimus. Quod si igitur intellectui humano aliquid convenire dicitur, ad quod appetendum natura homines non pellit, illud neustquam est pars istius principii, quod ponitur in naturali illo instinctu ad societatem; sed aliud quid ab illo: adæoque & hinc falsum, quod ille Naturæ impulsus ad societatem, sit principium adæquatum juris naturalis.

III. Est igitur naturæ humanæ insitus sensus socie-

societatis ejusque insignium utilitatum & jucunditatum; in quas proinde homines naturam feruntur: atque hunc pulsum naturæ, ut dictum est, in nobis sentimus: estque iste aliis quoque animantibus, sed suo modo & pro suo captu, communis. Verum talem instinctum & motum ad id quod intellectui conveniens est, nedum ad id quod justum est, nec in nobis sentimus, nec ex motu illo naturali ad societatem intelligimus: sed quia homines multo plura & insigniora societatis emolumenta & beneficia, non presentia modo, sed & futura, non sibi tantum, sed & iis, quos diligunt, grata & fructifera, intellectu & ratione cognoscunt, quæ bruta non capiunt, hinc illi, iis intellectis, ad ea quoque, tanquam ad suas utilitates, jucunditates, & caritates; nequam autem ultra, si quid fortè suis utilitatibus &c. adversum percipiunt, licet id justum esse intelligant, feruntur aut ferri se sentiunt. *Cic. d. loc.*

113. Quin nulla major repugnantia fingi potest, quam naturam homines ferri ad utilitates & jucunditates suas; &, naturam ferri ad id quod utilitatibus suis adversatur, easque tollit, uti, si id quod intellectui humano convenit, seu, ut illi volunt, quod justum est, ipsis non sit utile sed detrimentosum & noxium. Atque ita hæc. liquet, in principio Grotiano, seu in motu naturæ humanæ ad appetendam mutuam societatem, etiam tranquillam & stabilem, sive humano intellectui convenientem, nihil rei amplius contineri, quam quod & Carneades ac Epicurus sensere: quod & ex altero capite clarius elucelet.

114. Se-

114. Sequitur ergo jam alterum caput: nempe, etiam ea, quæ Grotius & Dn. Culp. principio hæc contineſi volunt, ſcil. motum illum naturæ ad ſocietatem tranquillam, vel humano intellectui convenientem, longiſſimè abeſſe à principio Juris Naturæ, imò cum eo adverſà fronte pugnare. Primum enim, quæ harum rerum connexio? Sen, quæ conſecutio à motibus naturalibus hominum aliquid appetentium ad principium Juris Naturæ?

115. (Neque vero motus ſeu appetitus naturalis ad rem ullum juſti vel injuſti indicium in ſe habet, ſed aliunde diſcrimen illud juris arceſſendū eſt; nedum juris principium. Neque probatur talis motus & appetitus ad juſtum, cui nulla utilitas vel jucunditas innexa appareat.

116. Ex hoc poſſo Naturæ inſtinctus & motum nihil aliud cognoſcitur, quam ad quod naturæ moveri nos ſentimus. Si ergo hoc eſt principium Juris Naturæ, certiffimè inde ſequitur, id omne nobis naturæ juſtum eſſe ad quodcuſque movemur; & licitum quicquid ſit quod naturæ rappatur.

117. Quodſi hoc ita admittere dubites, ſed motum hunc naturæ reſtringere velis ad certos limites, quos intellectus humanus figat, & ultra quos non poſſint homines ductum & motum naturæ ſuæ ſequi, id certè, quod ita motum naturæ noſtræ cohibet, non eſt à motu isto naturæ, quod principium Juris faciunt; ſed ab alia cauſa contraria, quæ motum hunc naturæ coërcet, reprimit, & prohibet, ne cum ultra hos fines ſequi liceat;

adeoque non oritur à principio humanæ naturæ, motum hunc efficientis; sed ab alio, motum istum inhibente, & intra certos fines compellente, modumque ac cancellos ei circumscribente. Hoc principium, & hæc causa jam queritur. Illa non est connata intellectui humano, uti motus connatus est naturæ humanæ; sed investiganda ope rationis & intellectus, ac ita demonstranda, ut constet, intellectum humanum, uti in proclivi est, non falli. Atque hæc demum causa prohibens tum erit initium Juris naturalis: quod ante prohibitionem prorsus nullum est, sed vaga, infinita & effrenis agendi quicquid lubet, seu in quicquid agimur, licentia. Non igitur natura humana, quæ movet nos ad quid appetendum; sed causa superior, quæ motibus his frenum injicit, modumque & legem imponit, unice querenda est, ut appareat genuinum & adæquatum Juris naturæ principium.

118. Pariter sequitur, si humana natura, quæ homines fert ad societatem tranquillam & stabilem appetendam, jus facit, nedum si sit adæquatum juris principium, omnes societates, etiam prædonum & pyratarum, fore justas, modo id agatur ut stabiles & tranquillæ sint; aut admittendum est aliud principium juris, quo quædam societates prohibita, adeoque licita ab illicitis distinctæ sunt. Quod discrimen ab appetitu naturali societatis non nascitur, sed extinguitur. Exemplo est civitas Agriensium pyratarum, quæ auspiciis archipyratæ Barbarossæ capta, sedes & domicilium Prædonum &

Pyra-

Pyratarum est; sed tam potens, & firma, & in suo sinu tranquilla; tantâ perno rerum omnium copiâ, tam validis opibus, ut nulla hæcenus potentia eam concutere potuerit; sed hodieque ipsa omnes impunè laceſſat, & publicè in conspectu orbis terrarum toto mari depredationibus infestet.

119. Accedit, quòd tota honesti & justi ratio penitus separata sit à rationibus utilis; aded ut licet illa, quæ appetitur, utilitas vel voluptas justa ac licita sit, tamen in eadem re aliud sit, quod in ea justum seu honestum dicitur; aliud quod utile seu jucundum: & utriusque aded rationes exactè, ut maximè in scientiis oportet, ab invicem discernende.

120. Quod perspicuè Cicero quoque *de Finib. lib. 2. cap. 14.* docet, & describit **HONESTUM**, quod tale est, ut, **DETRACTA OMNI UTILITATE**, sine aliis præcis fructibusque possit per se ipsum jure laudari. Et *lib. 3. de Offic. cap. 4.* ait: *Fas non esse, quod verè honestum est, cum utilitati repugnantia comparari.* Quæ & sententia est Juris Romani, quo quicquid officii est, si bene quidem, sed non gratis, eo quis functus fuerit, atque venale officium habuerit, infame aut irritum habetur: uti cum judex rectè, & quod justum est, pronuncias verit, sed acceptâ vel promissâ pecuniâ. *l. 2. §. fin. ff. de Cond. ob turp. l. 3. l. 4. l. 7. princ. ff. de 3. C. Ad leg. Jul. repetund.* & quoties quis pecuniam accepit, ne ipse crimen committat: *d. l. 2. princ. vel ne alium lædat, alii injuriam faciat, vel negotium facessat, &c. id l. 2. per tot. l. ult. ff. eod. tit. de Cond. ob turp. l. pen. l. f. C. eod. tit. l. 1. pr. C. S. 1. l. 3. S. 1. l. 7. pr.*

¶ S. 1. ff. de Calumn. eademque causa est donationum inter conjuges vetitarum. l. 1. l. 2. l. 3. pr. ff. de Don. int. vir. &c. Pulchre Cic. lib. 1. de Legib. cap. 18. 19.

121. Atq; hoc argumentum tanti fecit idem Cic. lib. 2. de Fin. cap. 14. ut vel eo solo principium Carneadæ & Epicuri profligari testetur. Ita enim inquit: Si honestum aliquid ostendero, quod sit ipsum vi sua, propterque se expectandum, jacere vestra omnia. totum scil. principium ipsorum quod in utilitate vel voluptate stantiebant; cui Grotianum finitimum esse jam ostendimus.

122. Nec evadere Grotius & D. Culp. hoc velo possunt, quod ajunt, non in SOLA utilitate se statuere Juris naturæ principium, sed ad eam aliquid adjungere, scil. naturam humanam appetentem societatis tranquillæ; & convenientiam cum humano intellectu. Nam & jam abegimus has umbras, hæc verba vel prorsus inania, vel in meras utilitates recasura: & licet aliquid rei quoque adderent, adhuc tamen utilitas vitiosissime in partem principii Juris naturalis admittitur, quippe quæ planè non ingreditur rationem ejus quod naturam justum vel honestum est, nedum ejus principium & fontem. Est enim honestum ac justum, etsi nulla ex eo sit utilitas, ut cultus Dei, cultus parentum, causæ obligationum, &c.

123. Unde licet accedat utile justo, id tamen ei adventitium & accidentarium est, quod abesse & adesse potest, integræ justæ naturæ. Quin etsi semper cum justo conjuncta esset utilitas, hæc tamen nihilominus distinctum quid esset à justo, & alia forma

ma justis, alia utilitatis ei conjuncta. Quis ergo ferri potest, ut utilitas constituat partem ejus quod natura justum est; nedum principii illius adaequati, quae toto inde genere difforeta est?

124. Quomodo & Cicero lib. 4. Acad. quest. cap. 4. contra Carneadem disputans, & hanc ipsam quorundam opinionem referens, gravissimo eos refellit, qui utilitatem cum eo quod honestum ac natura justum est, adulterino quodam nexu jungebant, seu, ut ipsemet loquitur, *honestatem ad prima Natura commodis ita vocant motus illos, quibus animalia ad suas utilitates feruntur: adjungunt, (prout & Grotius ac D. Culp. faciunt) &, Labor, ait, ut assentiar Epicuro tuis Aristippo: (Carneadis antecessori) Revertat virtus, vel potius reprehendit manu: pecudum illos motus esse dicitur ibonitatem jungit Deo. Tum ita eos redargvit: Tu honestatem cum voluptate, tanquam hominem cum belua copulabit? De eadem re copiose Seneca lib. 4. de Benef. cap. 1. & seqq. & alibi crebra.*

125. Quia non tantum justum natura & honestum est ac manet, quamvis omni fructu & utilitate vacet; sed &, licet e contrario maximis damnis, dispendiis, periculis &c. undique circumseptum fuerit. Quod argumentum copiose persequitur Seneca. de Provident. cap. 4. & passim alibi. Ita Cicero d. l. 4. Acad. quest. cap. 8. Ille, inquit, *Vir bonus, qui statuit, omnem cruciatum perferri, intolerabili labore lacrimari potius, quam aut officium prodere aut fidem. Et lib. 1. de Finib. cap. 7. de eodem ait: Quod non modo nullam caperet, sed & praeferat omnes, dolores denique quosvis suscipere malit, quam deserere ullam officii partem.*

126. Ita expedito utroque hæc capite, videamus porro ea quæ Grotius §. 16. 17. & 18. *Proleg.* adversus Carneadem in aciem adducit: unde appariturum arbitror, in quibusdam ipsū manifestè à vero recessisse; reliqua esse ipsa Carneadis & Epicuri dogmata; & quod magis ille verbis adversarios oppugnare & refellere contendit, hoc magis ipsa refutatione illum in partes eorum desciscere: Adeo quæ iis ille respondet d. §. 16. & 18. *Proleg.* ipsorum sententiam non offendunt, sed magis probant & corroborant, quin in ipsū retorquentur. Ut existimare liceat, non potuisse hos adversarios cujusquam propugnatione melius defendi, quam Grotii oppugnatione. Quod ut collatis sententiis appareat, primò sciendum est, quid adversarii senserint.

127. Equidem Carneades & Epicurus, præcipui Autores hujus principii quod ab his motibus Naturæ ad appetendam societatem, ejusque utilitates, ducitur, propriè non agunt aut quærunt, quodnam sit principium juris naturalis; sed quodnam sit summum illud hominum bonum, quod scopus & finis sit cum totius societatis humanæ, tum civitatum seu populorum? De eo enim tum maximè inter priscos Prudentes magno studio magnaue contentione disceptatum fuit, quodnam illud sit, in quo hominum & populorum summa felicitas, & vita beata, *ευδαιμονία* Græcis dicta, constituenda, & quod proinde pro communi lege ac norma Legislatoris humani, vel Moderatoris reip. habendum esset?

128. Et inter omnes equidem facile convenit, id, quod quisque summum bonum statuisset, simul sen-

sensisse esse scopum & finem hominum, populorum, seu
 civitatum, atque, adeo regulam legum ferendarum :
 cum alias id regula aliis esse non posset, in quo ipso quid
 deficit. Atque hoc est quod dicitur bonum publi-
 cum, felicitas ac salus populi, & beata omnium vita :
 Unde id tritum & in omnium ore fuit, *Salus populi
 suprema lex esto.* de quo late in *tract. de Auton. Juris Gent.
 cap. 6, § 1099.*

129. Verum de eo maximum semper certa-
 men fuit, quale esset summum illud bonum publi-
 cum, ? Et in ea re longissime ab invicem discedere,
 Carneades cum Epicuro, (qui in utilitate seu volupta-
 te id constituerunt, nec aliud honestum seu justum
 naturam agnoverunt :) & Stoici, qui contra in honesto,
 detractam omni utilitate; adeo ut nec utile quicquam
 dici voluerint, quod non sit honestum. Quod deinde
 post Platonem temperarunt Peripatetici, ut uber-
 rime expositum est *d. tract. de Auton. cap.*

130. Hoc summum bonum igitur ponunt Car-
 neades & Epicurus in illa voluptate, quae ex tran-
 quilla & inturbata fruitione eorum capitur, ad quam appe-
 tenda homines naturam motu & instinctu feruntur. Cum
 igitur haec summam humanam felicitatis vel *euaisporias*
 facere arguant, quippe quae quicquid naturam appeti-
 bile & exoptabile est, complectuntur, hinc homi-
 nes ajunt insulse vel stulte facturos, si ipsi confectis
 sibi vel admissis legibus contrariis huic suae felicitati,
 seu bono publico, quid detraherent; nam aliud jus na-
 turam, quod motus illos naturam & appetitus utilitatum
 compesceret, atque adeo ab utilitate remotum esset,
 non agnoverunt.

131. Iste

131. Iste igitur status tranquillæ & stabilis felicitatis, ad quam homines naturâ aspirant, excludit voluptates fluxas, momentarias, umbraticas, & reatque exitu funestas ac perniciosas, quæque homines ab hoc statu suo prospero & læto dejicerent: uti voluptates, quæ corpus enervant, & morbos pariunt; aliave mala hominibus afferunt; vel utilitatum cupiditates quæ pacem & tranquillitatem status illius lædunt. &c. Hæc enim mala sunt, quæ naturæ ductu homines non appetunt, sed fugiunt; nec, si scirent, eas res sibi noxias & damnosas fore, & perniciem allaturas esse, natura eò homines ferret; sed si quis nihilominus eas cuperet, ille aberraret à regula illius status tranquillii & beati, ad quem naturâ homines ducuntur.

132. Hinc è contrario non excludit status iste onera, pericula, labores, & molestias, ad defendendum communiter talem statum, si quis ejus pacem aut tranquillitatem turbet. Quo casu homines naturâ non appetunt hæc onera & molestias, sed pacem, & propter hunc finem, media sine quibus pacem defendere non possunt.

133. Hæc Carneades & Epicurus. Jam quid Grotius? Ille hunc eundem vitæ humanæ statum, quem Autores isti tranquillâ & perpetuâ bonorum suorum fruitione, & quam talis fruitio parit, delectatione seu voluptate definiunt, suâ responsione seu refutatione pariter describit ac delineat, & nihil amplius; præterquam quòd quædam manifestè erronea immiscet. Quare & hæc expendenda sunt ejus verba *in d. S. 16. & S. 18.*

134. Pri-

134. Primum ergo in *d. §. 16.* juris naturalis parentem seu causam facit motus illos naturæ, quibus *ad mutuam societatem appetendam ferremur, est,* ut ait, *nulla re indigeremus.* Quæ verba adsuit quasi contraria Carneadi & Epicuro, qui sola utilitate fines jurium & bonorum circumscribunt. Verum ea jam *sup. §. 61.* removimus: nec hæc verba distinguunt ipsum à Carneade & sequacibus, nec aliud quid includunt, quàm utilitatem illam seu voluptatem, qualem isti volunt. Quid enim his nominibus illi intelligant jam vidimus: nempe, non tantum quæ in lucro sunt, & in usibus hominum, sed omne bonum in quod homines naturam feruntur, adedque & quod carum, jucundumque ipsis est, & proinde ut sempiternum & malis ac doloribus haut permixtum sit, naturam percipiunt.

135. Etsi ergo societatem homines naturam non tantum appetent propter eximia illa bona, quæ inde proficiscuntur, utilia & jucunda; sed, iis omnibus inde remotis, adhuc tamen in ipsa societate jucunditas quædam esset, ut homines eam per se expeterent, uti sanè Seneca, *epist. 6.* ait: *Nullius boni sine socio jucunda possessio est:* certè hoc quoque inprimis contineretur sub voluptate Carneadis & Epicuri, & sub eo, quod illi quærunt, summo hominum bono, ut eo inturbatè gaudeant & delectentur. Ut aded nihilum hætenus sit, quod Grotium ab iis segreget.

136. Fucum autem maxime facit vox *indigere.* quâ utitur, quasi tantum indicaret carentiam eorum quæ ad usus & necessitates nostras pertinent.

nent. Indigere generaliter est, *egere eo quod habere velis*; ut definit Cic. *Tuscul. lib. 1. cap. 36.* Quo sensu quoque Aristoteles, *lib. 5. Nicom. cap. 5.* *χρειαν, indigentiam*, omnium rerum mensuram esse rectissime docuit. *Vid. Disp. de vero rer. prec. §. 15. & seqq.* Si quem igitur delectant magnifici apparatus, mensæ Persicæ vel Sybariticæ, indiget ille pecunia vel rebus, non ad usum, sed ad luxum. Ita, cum societatis non tantum bonum utile, sed & jucundum sit, etsi homines eâ non indigerent ad utilitates vel necessitates suas, indigerent tamen ad voluptatem & jucunditatem. Quodsi verò nulla quoque ejus esset jucunditas, falsum est, quod homines tamen naturâ ad eam ferrentur.

137. Quæ porrò sequuntur, *in d. §. 16.* nihil nisi utilitates hominum sapiunt; quas semper Grotius in orbem circumagit; & primò juris naturæ causam statuit, *appetitum societatis*; qui alius non est, nisi alicujus boni, utilis vel jucundi. Deinde ait, *huic accedere utilitatem.* Sed & eadem præcesserat nomine appetitûs societatis, qui fertur ad utilitates; atque ita præter utilitates nihil docuit, cui utilitas accederet. Tum porrò, *naturam multarum utilitatum indigentes homines fecisse, ut eò major esset appetitus societatis.* qui naturâ fertur ad utilitates, & quem modò fecerat matrem juris naturæ. Et iterum: *Hanc consociationem cepisse alicujus utilitatis causâ institui:* Ita perpetuum circulum facit. Appetitui societatis, id est, communium utilitatum, accedit utilitas: Hæc iterum movet appetitum societatis: Hæc rursum utilitatis alicujus cau-

fā fit. Denique ait: *Illa, quam diximus, confociatio aut subjectio alicujus utilitatis causā cepit institui.* Dixerat autem, utramque à pactis & consensu hominum esse, saltem tacito: unde sequitur hoc principium Juris naturæ contrario consensu iterum tolli posse: de quo postea.

138. In §. 17. *Proleg.* increpat Grotius Carneadem, quod alteram Juris speciem, quæ vulgò *Jus Gentium Secundarium* dicitur, omiserit. Etenim è contrario in hac maximè specie & ipse & Epicurus occupati fuere, & uterque summum bonum, (quod est scopus & finis societatum & legum:) constituit in illa voluptate; quæ percipitur ex utilitatibus & bonis, in quæ homines naturā feruntur. Hoc autem fontem & principium Juris Gentium secundarii esse vidimus §. 27 & seqq. *sup.* & constat ex §. 2. *de Jur. nat. Gent.* ubi hoc jus gentium describitur, *quod usu exigente & necessitatibus humanis Gentes inter se constituerunt. Bella etenim orta sunt &c.* Idque quàm maximè firmatur eo ipso argumento, quo Grotius contra Carneadem abutitur, ut ostendat eum omisisse hanc partem juris, quod subjecerit orationem *de bellis & bello partis.* Inde enim è contrario inferre non debuit, Carneadem hanc partem Juris omisisse, sed intellexisse, & de ea ipsa egisse, quia ad hanc speciem bella, de quibus peroravit, referuntur. *d. §. 2. vers. Bella.*

139. Hinc planior jam progressio est ad §. 18. *Proleg.* ubi agitur de justitia, quam stultitiam dixit Carneades: & quale sit quod Grotius ad ea regerit.

rit. Id verò tale est: Dictum jam sæpius fuit, Carneadem & Epicurum statuere summum hominum bonum in illa voluptate, quam parit tranquilla utilitatum & bonorum, quæ naturâ ducente appetunt & optant, fruitio.

140. Hoc igitur bonum unica ipsis norma & regula fuit ferendi juris gentium communis; quippe cujus fons, scopus, & finis sunt necessitates Gentium communes; *d. S. 2. de Jur. nat.* uti cujusque civitatis, bonum & utilitas istius populi propria.

141. Atque hoc est quod asseruit Carneades, *apud Cic. de Rep. lib. 3. & Grot. S. 5. Proleg. Jura sibi homines utilitate sanxisse varia pro moribus, & apud eosdem pro temporibus sæpe mutata.* Quod verissimū est: Nam iisdem quoq; verbis id asserit Imp. *in d. S. 2. Gentes usu exigente & humanis necessitatibus sibi jura constituerunt.* Quæ proinde cōmunis fuit omnium Gentium sententia, omnibusq; populis & civitatibus (scopus ille & finis propositus est, ut bonis & opibus florerent; & ided in civitates coerupt, ut bonum illud suum commune seu publicum communiter procurarent, & quàm fieri posset felicissimè & beatissimè viverent: omnibusque quasi pro signo, & tesseræ loco fuit illud Platonicum: SALUS POPULI SUPREMA LEX ESTO! *Vid. tract. de Anton. Jur. Gent. c. 7. in fin.* Atque ided bonum illud publicè dicitur, quod olim scribebant *poplicum*, quasi contractum ex *populico*. Nec de eo lis tum fuit inter veterum Prudentum scholas, sed convenit hætenus Carneadi & Epicuro cùm reliquis, ipsisque aded Stoicis.

141. Hinc

142. Hinc jam tam ex sententia Carneadis & Epicuri, quàm omnium communi, quin universali Gentium usu & consensu, duo nata sunt Jura; quæ Gentes constituerunt pro duplici utilitatum & bonorum genere: Jus civile, seu cujusque populi proprium; & Jus Gentium omnium commune. Quod utrumque Carneades oratione suâ expressit: cum ait, *Jura sibi homines utilitate sanxisse varia, &c.* Hæc enim utilitas vel omnium eadem & communis fuit, vel singulis alia, & peculiaris. Illa fons & causa est Juris Gentium, hæc Juris civilis. Quæ omnia mirificè conveniunt cum Jure communi & Romano. *J. r. S. 2. de Jur. nat. gent. l. 9. ff. de Just. & Jur. &c.*

143. Cùm itaque hoc modo & sensu publicum hominum & cujusque populi bonum, salus, atque utilitas, causa sit omnis legislationis humanæ; hinc tantopere insudârunt prisca Prudentes huic quæstioni, de summo civitatum bono, ut regulam investigarent ac demonstrarent, quâ illud metiendum esset, & quam proinde ob oculos haberent & sequerentur rerump. Moderatores & Legislatores: convenitque sanè inter omnes, intelligi regulam, quæ offenderet utilitatem non quamvis, sed stabilem, tranquillam, sempiternam, & perfectam, seu quæ faceret summum populi bonum, ut felicem beatamque vitam quietè agere possent; quæ & natura regularum est. Nam quâ bonum illud malis intermixtum est, non videbitur bonum sed malum, adeoque extra fines regulæ. *d. tract. c. 6.*

144. De tali regula summi hominum & populorum boni jam, ut diximus, dimicatum fuit acerrimè: eamque Carneades & Epicurus posuerunt in tili

voluptate, seu in tali vitæ statu, quò perpetuò & quietè utilitatum suarum fruitione gaudeant, & nunquam ab adversis doleant. Deinde & definiverunt ac distinxerunt utilitates hominum ex motibus naturæ, quibus feruntur homines ad appetendum suas utilitates, & arcendum contraria; & aded in primis ad mutuam societatem; quia iste Naturæ ductus tendit ad utilitates stabiles, perpetuas, & quietas, seu felicitatem sempiternam, quæ sine societate sustineri non possunt.

145. In hoc igitur summæ felicitatis naturali appetitu seu voluptate, cùm Carneades & Epicurus summum bonum defigant, atque aded eum solum fontem & finem Juris statuunt, hinc aliud jus naturæ, quod adversetur huic hominum felicitati, & naturaliter inde nascenti voluptati, non agnoscunt; sed Carneades primùm simpliciter ait: *Nullum est jus naturale; itaque omnes animantes, ipsa ducente natura, commoda sua defendunt. Cic. de Rep. lib. 3. ex Lactant. epit. cap. 1. & Instit. lib. 5. cap. 16.* Inde ita arguit: *Et ideo justitia, si alienis utilitatibus consulat, suas negligat, stultitia dicenda est. Cic. d. lib. 3. & Lact. d. cap. 1.* Vel, ut idem Lact. d. c. 16. refert: *aut nullam esse justitiam; aut, si sit aliqua, summam esse stultitiam; quoniam sibi noceret, alienis commodis consulens.*

146. Unde patet primò, Carneadem omne jus naturæ prorsus negasse. Deinde per justitiam, quam stultitiam dixit, intellexisse jus quod homines vel gentes inter se constituerunt vel receperunt, non jus naturæ: tum quia stultitia juris ad constituentes spectat; nec homines, quod planè non constituerunt, pos-

possunt dici stultè constituisse: tum quia quod non est, stultum esse dici non potest. Jus naturæ autem nullum penitus agnoscit Carneades, sed in totum negat esse; nisi quat. inter Gentes id placuit & receptum fuit; tunc enim etiam illud accipit tanquam jus à Gentibus constitutum vel receptum, & id quoque stultitiam dicit; scil. quat. adversatur isti naturæ, quæ fert homines ad suas utilitates; seu, cui nulla conjuncta est utilitas: uti in exemplis, quæ ipsemet oratione allegat. Accedit, quodd expressè proponit justitiam, quæ quis alienis utilitatibus consulit, & suas negligit, adeoque sterilem aut noxiam, & ab utilitate (in qua ipse principium ponit) remotam: sive illa sit gentium commune jus, sive unius populi proprium. Denique de hac justitia ipsum loqui hypotheticè, si talis justitia inter homines constituta vel admissa sit.

147. Hinc evidens est, quid senserit Carneades his verbis, prout plenius illa refert Lactant. *d. lib. 5. c. 16.* & ex eo Grotius *d. 5. 5. Aut nullam esse justitiam* (scil. præter jura, quæ homines sibi utilitate sanxerunt ipse dixerat) *aut, sit aliqua* (sc. quæ adversetur istis naturæ motibus, quibus homines ad suas utilitates feruntur, & suæ felicitati consultum volunt:) *eam stultitiam magis dicendam*: quodd contra naturam esset, quæ homines primùm sibi commendat, & ad suas fert utilitates.

148. His jam quid opponit Grotius, ut hanc stultitiæ imputationem amolatur? Is imprimis viciosissimè comparat civem, qui legibus suæ civitatis tenetur, iis que subjectus est; & populum liberum, qui aliorum populorum statutis non tenetur,
nec

nec superiorem nisi Deum agnoscit. Summa hæc est: *Uti stultus non est civis, qui jus civile sequitur, etsi utilitatibus suis id adverteretur. ita nec populus, qui communia populorum jura propter suas utilitates non negligit. Tum sic pergit: Par enim in utroque ratio est. Nam sicut civis, qui jus civile perripit utilitatis præsentis causâ, id convellit, quo ipsius posteritatisque suæ perpetuæ utilitates continentur: sic & populus jura naturæ & Gentium violans, suæ quoque tranquillitatis in posterum rescindit munimenta.*

149. In his quid est, quod non laboret? I. Falsum est, ut diximus, eandem esse rationem civis, & populi liberi. Civis tenetur civitatis suæ legibus, etiam ex sententia Carneadis & Epicuri; etsi illi perperam pactis tantum id tribuant, sicuti & Grotius, §. 15. *Prol.* cum sit à naturâ; & aliàs cum advenis & viatoribus nullum jus foret. *Vid. §. 148.* Populus liber autem aliorum legibus non tenetur; sed suo arbitrio, & ex suo bono publico ipse sibi leges facere potest. Atq; adeo omnino stultus esset populus, si spreto suo bono publico & jure suæ civitatis, alterius populi bonum ac jura sectaretur: eoque suæ publicæ felicitatis beatæque vitæ rationes & circulos non tam turbaret, quam distrueret. Quin proderet ille hoc facto autonomiam suam, id est, libertatem patriæ suæ, aliorum legibus sibi noxiis inserviando; id enim servitutis est, non suis sed alienis legibus vivere, etsi id sibi utile esset; nedum si damnosum sit. De quo latè *in tract. de Auton. Jur. gent. cap. 14. 15. 16. & 17.*

150. II. Evagatur Grotius extra causam & questionis tramitem, cum contra Carneadem conjun-

Jungit jura Naturæ, & gentium; ut efficiat, populum stultum non esse, qui jus naturæ observat, etiam cum damno suo. De eo enim jure Naturæ non agit Carneades, imò id nullo modo agnoscit; neque illud utilitatibus metiri, iisve subicere oportet, ut jam vidimus; sed de jure à Gentibus constituto vel recepto, anne stultus sit populus, qui jus, quod alii populi ex suis utilitatibus communibus statuerunt, contra publicam suæ civitatis utilitatem sequitur, bonumque suum publicum, & finem suæ civitati propositum, deserit? Ille verò non stultus saltem, sed prævaricator, desertor, proditor patriæ suæ, quin hostis intelligitur. Quid enim interest, ab hoste populus bono suo publico, & autonomiâ suâ, vel ejus partè, spoliatur, an à se ipso? Tantum abest ergo, ut Grotius à specie Carneadis stultitiæ notam absterserit, ut nec à crimine eam purgaverit.

150. Mirum autem est, quàm ille vitiosa hæc comparatione civis & populi omnia turbet & confundat, cum ait: *Uti civis stultus non est qui jus civile, ita nec populum esse, qui reliquorum populorum statuta, suis utilitatibus præfert: paremque rationem esse: quod uterque suos usus præferendo, perripit in posterum utilitatis & tranquillitatis suæ munimenta.*

151. Primum enim, civis, qui jura civitatis violat, non eo peccat, quod utilitates suas præfert, sed quia injuriam facit; & peccaret, etsi nulla ejus inde esset utilitas: uti si hoc facto res non ad ipsum pervenerit, sed perdita contra leges fuerit. Quin, non minùs peccaret, etsi civis non esset, sed peregrinus & advena statim discessurus: quia tamen in leges loci commisit. *Vid. sup. S. 146.* Contra

trā verò, si populus liber suas utilitates præfert aliorum populorum commodis vel statutis, suo jure agit, non injuriâ; quin rectè & ex officio.

152. Deinde alio sensu civi impingitur à Carneade stultitia; alio, 'populo. Civi, non quòd ipse leges servando stultè faciat, cùm ita teneatur agere, nec aliter possit; sed quia lex, ex qua ita agit & agere tenetur, dicitur stulta; ut proinde stultitia ista fuerit in legislatore, non in cive. At populo illa tribuitur, quia ipse stultè facere dicitur, qui contra bonum suæ civitatis publicum, vel salutem & utilitatem civium, jus statuit, vel ab aliis populis statutum recipit.

153. Hanc stultitiam jam Grotius averti ab utroque ea ratione putat, quia & civis contra jus civile faciendo, & populus contra jura populorum communia, perverterent in futurum munimenta suæ suorumque perpetuæ utilitatis seu tranquillitatis. Verùm enim verò utrumque manifestè falsum est: Nam, si civis in leges committit, hujus tantùm facti seu commissi nomine tenetur ad reparationem ejus quod non jure factum: *Posit 7. ad Grot.* nec ullum aliud utilitatum suarum præsidium in posterum amittit, sed omnia jura sua sibi suisque salva & integra retinet. Et multò magis populus liber, si, quod aliis populis pro sua utilitate communi placuit, sibi displiceat; &, quod reliqui sibi expedire arbitrantur, ipse sibi ac suæ civitati consultum non esse, nec rebus suis ac rationibus publicis conducere, sed adversari magis sentiat, & aliud jus sibi constituat, nihil idèd in-

poste-

posterum periclitatur, nec quicquam Jurium suorum eapropter in discrimen venit: nec reliquorum populorum quicquam interest, qui & ipsi eodem jure uti, & pro suis utilitatibus & necessitatibus jura condere possunt, & turbantibus regerere, quod Ariovistus Cæsari: *Quid in sua Gallia Cæsari aut P. R. negotii esset? Cæs. de B. G. lib. 1. c. 8.*

154. Aded Grotius his commentis suis non excusit stultitiam, quam Carneades adperserat isti juri, quod repugnaret illis utilitatibus perpetuis, ad quas appetendas natura homines ducit, & quibus proinde summam suam felicitatem, summumque bonum contineri illi autumant: quod deferere sapientis non est. Quin aded illæ quas hic affert Grotius rationes, Carneadi non obstant, ut è contrario ei quàm maximè suffragentur, imò ipsissimæ sint rationes Carneadis propriæ; atque aded Grotius his assertionibus suis ipsum Carneadem vivis quasi coloribus exprimat. Quid enim ille & Epicurus aliud tractant, docent, urgent, commendant, quàm jus ad amussim utilitatum istarum, quas homines natura impellente appetunt, constitui, ut illæ perpetuæ sint, nec in posterum convellantur, aut earum rescindantur munimenta, ut ipse Grotius loquitur.

155. Imò, hoc ipsum id est, quod & illi volunt, & ipse Grotius sapientiæ, non stultitiæ, esse ait; *sequi quæ natura ducit: sic enim pergit: Tum verò, etiamsi ex Juris observatione nulla spectaretur utilitas, sapientiæ, non stultitiæ esset, ed ferri, ad quod à natura nostra nos duci sentimus. d. S. 18. in fin. Proleg.* Quid, amabo! aliter Carneades & Epicurus? Ipsorum unicum principium, sum-

mumque bonum est id, ad quod appetendum homines naturâ se duci sentiunt, & quæ ex ejus fruitione nascitur, voluptas: *de quo sup. sapius.* Hoc itaque effato tam est Grotius Carneadi similis, ut nec hic sibi similior.

156. Quodsi enim, ut Grotius hîc docet, *sapientia, non stultitia est, et ferri, ad quod à natura nostra nos duci sentimus.* consequens omnino est, è contrario *stultitiæ esse, non sapientiæ, jus facere, quod huic naturæ ductui & sensui repugnet,* ut Carneades asserit: verumque aded est, quod jam diximus, non posse Carneadem, & quam ille causatur, stultitiam, ullâ suâ vel amici defensione magis, quàm hac Grotii, adversarii, refutatione defendi.

157. Id interest, quòd, in quo Carneades & Epicurus fundamentum ac principium Juris saltem Gentium secundarii & humani ponunt, in eo Grotius fundamentum & principium ipsius juris naturæ, quod planè divinum est, statuere non dubitavit. Quodsi igitur, his omnibus expensis & rationibus subductis, verum fateri liceat, dissimulari non potest, Carneadem & Epicurum, qui non nisi jura humana Gentium ab hoc initio, ab utilitatibus scil. hominû ad quas naturâ feruntur, ducunt, veros fuisse; Grotium autem, qui divinum jus naturæ iis subjicit, & quod illi non producunt ultra curas, necessitates, utilitates, & indigentias humanas, ipse cum juris naturalis dignitate ac divinitate miscuit, penitus falsum.

158. Notabile est, quod Lactantius *Instit. lib. 5. sap. 16.* refert, & quasi stomachatur, M. Tullium Cicero-

ceronem his Carneadis rationibus & argutiis respondere non potuisse; sed, cum de his ageret, Lælium, cui personam contradicendi Carneadi injunxerat, (in libris de Republ. qui nunc non extant) hunc scopulum prætervectum fuisse. Cujus rei causam esse putabat Lactantius, quod Gentes veram justitiam non habuerint, & idedj Romæ, ubi, præsentē & audiente Catone, Carneades in utramque partem, more Academiæ suæ, peroraverat, solvi hos nodos tum non potuisse.

159. Ipse ergo Lactantius latē d. lib. 5. indē d. cap. 5. de vera justitia Christianorum disputat, ut à stultitia justitiam absolveret, & causam ostenderet, cur Gentes eam stultitiam putaverint. Quid egerit, nostri resjudicii non est, sed in medio nunc quidem relinquitur; quia hęc non quæritur de Justitia Theologica ac revelata; sed de civili, quæ Gentibus non minus ac nobis percognita fuit, teste ipso Apostolo Rom. 1. v. 17. & seqq. & v. ult.

160. Equidem nihil moror, num Cicero, vel alius intimiorum Juris recessuum non satis gnarus, Jus illud, quod motus hominum naturales ad utilitates & voluptates suas, certis finibus coërcet, & omnium sanctissimum est, à stultitia defendere potuerit: certè Jcti Romani nihil hæsitassent decernere, non justitiæ, sed Carneadis stultitiam fuisse, qui, Philosophus Græculus, coram Catone de Justitia verba fecit; uti alter ille, (Phormio) coram Annibale, de re militari: quod exemplum adducit Cicero lib. 2. de Orat. cap. 18.

161. Cū ergo nihil quicquam evincant rationes Grotii contra Carneadem & Epicurum, & nec probent dari Jus Naturæ, quod illi negant; nec justitiam à stultitiæ calumnia vindicent, quam isti afferunt atque inurunt; sed magis illorum partes suffulciant; non superest nisi una, eaque certissima destruendi eorum principii ratio, ut demonstretur, esse jus superius, quod non ab hominibus seu Gentibus pro utilitatibus suis, ad quas appetendas naturâ moventur, statutum aut receptū, sed à supremo omnium Domino ac Creatore sancitum est, & cujus proinde principium unicum & adæquatum est sanctissima summi ejus legislatoris voluntas, cui ab omnibus parendum est; quemadmodum ex Demosthene in *l. 2. ff. de Legib.* dicitur de Naturæ lege; *cui omnes homines obtemperare oportet, cū ob alia multa, tum vel maxime ea, quod tota illa lex inventum est munus Dei est.* Unde justitiam Dei numen appellat. *Cic. lib. 4. Finib. cap. 5.*

162. Hinc verò jam insolubili nexu sequitur. (1.) Non esse stultitiam, huic legi obtemperare, etiam contra motus & cupiditates naturæ; quia non est in nostra potestate & arbitrio non parere summi & præpotentis Dei decretis, nec aded stultè facit, qui aliter non potest. (2.) Summæ jam Sapientiæ esse, legi huic omni studio & contentione obsequi: quia ab exhausto illo fonte & largitore omnis boni profecta, ejusque aded obsequio (*Vid. tract. de Auton. Jur. Gent. cap. 20.*) individuo vinculo conjuncta est summa ac sempiterna utriusque vitæ felicitas; quam omnes volunt, etsi errore vel affectibus in transversū acti à scopo evagentur. *vid. d. tr. c. 7.* (3.) Summæ è contrario stultitiæ esse,

esse, ei legi non parendo concitare terribilem illam Dei legislatoris vindictam, atque accire sibi infinita vel hujus, vel alterius, vel utriusque vitæ mala, *d. tract. cap. 20.* quæ, è contrario naturâ homines refugiunt.

163. Hæc omnia comprehensa ita sunt verbis Ciceronis, à quo hanc naturæ legem *divinæ pene voce depictam* laudat *Lactant. Instit. lib. 6. cap. 8.* ejusque locum insignem *ex lib. 3. de Rep.* nobis reservavit: *cujus hæc verba: Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari aliquid ex hac licet; neque tota abrogari potest. Nec verò aut per Senatum, aut per populum solvi hac lege possumus. Neque est quærendus explanator aut interpret ejus alius. Nec erit alia lex Romæ, alia Athenis; alia nunc, alia posthac: sed & omnes Gentes, & omni tempore, una lex, & sempiterna & immutabilis continebit: unusque erit communis quasi Magister, & Imperator omnium DEUS, ille LEGIS hujus inventor, disceptator, LATOR: NB. cui qui non parebit, ipse se fugiet, & naturam hominis aspernabitur; hoc ipso luet; maximas pœnas, etiamsi cætera supplicia, quæ putantur, effugerit. Tum exhibito ita hoc Ciceronis loco, hæc subjicit Lactantius d. l. Quis, sacramentum Dei sciens, tam significanter enarrare legem Dei possit, quam illam homo longè à veritatis notitia remotus expressit?*

164. Sed & sequitur (4) Summæ stultitiæ esse, cum & motus hominum naturales ad suas utilitates, corrupti sint; & utilitates ipsæ, quibus naturâ gaudent, plerumque in perniciem vertant, & mores in

lu

luxum &c. solvant, in his rebus constituere fontem, fundamentum, & principium juris naturæ. Quicquid enim Carneades, Epicurus, Grotius, prædicant de fruitione tranquilla, frustra est: cum enim hominibus infinita sit pecuniæ, opum, ac voluptatum cupido, pugnat illa cum tranquillitate status seu societatis; nec custodiri illa potest, nisi monstretur potestas superior, quæ modum cupiditatibus figat, frenumque injiciat: nec sit illa inane saltem humanæ naturæ, & convenientiæ cum intellectu &c. nomen, & viribus cassa imago seu figura; sed potestas, cujus violatæ indignationem tremere homines oporteat. *d. tract. de Auton. Jur. Gent. cap. 6. §. 16. & seq.*

165. In primis itaque fatendum est, à Juris naturalis sanctitate, ejusque maxime principio & fonte, separandas & removendas esse hominum utilitates, & quibus ad eas feruntur, motus naturæ animantium infixos: unde nec jus naturæ, nec obligationis principium demonstrari aut derivari potest; nec, quam illevis Carneades, justitiæ macula elui.

166. Quid verò non inferri posset, ex his motibus & appetitibus naturæ, si illi fontes ac principia Juris naturæ fierent, qui ferè sunt fontes & principia malorum? sed &, qualis est hæc argumentatio Grotii & Culpisii: (eademque Carneadis & affectuum) Homines naturâ feruntur ad societatem tranquillam & intellectui humano convenientem: Ergo Societas tranquilla & intellectui humano conveniens est manifestum & adæquatum Juris naturalis principium? Nec antecedens, nec consequentia conceditur. Neutrum probavit, nec probari unquam pote-

poterit, nisi prius demonstraverit, omne id, ad quod appetendum homo naturâ fertur, esse adæquatum Juris naturæ principium. Hæc enim necessariò deberet esse præmissarum prima, si tota argumenti comprehensio fiat; quod tale esse oporteret: Ad quod appetendum natura fert homines, est manifestum & adæquatum Juris naturæ principium. Fert autem illa ad appetendam societatem tranquillam & humano intellectui convenientem. Est igitur hæc tale principium. Utrumque præmissum falsissimum est, & utrumque inprimis probandum fuerat. Assumptio ideo, quia motus ille ac sensus naturæ communis est animantium. Quicquid igitur non continetur motu illo & sensu animantium communi, id gratis & pro lubricine adsumitur; adeoque & pariter rejicitur. Priorem autem propositionem planè monstruosam esse facile intelligitur.

167. Etenim, ut dictum fuit §. 6. infinita sunt, ad quæ naturâ ferri nos sentimus. Natura homines, omniaque animantia sibi conciliat, & ad sui studium movet: movet ad educationem prolis &c. Ideòne ergo studium sui, vel educatio prolis &c. erit adæquatum principium juris naturæ. Dicitur etiam *natura hominum novitatis avida. Plin. Hist. nat. lib. 17. cap. 10.* id est, naturâ homines ferri ad novitates. Quod & Brutus Ciceroni scribit, *lib. 11. ad Famil. ep. 10. Quantam cupiditatem hominibus injiciat novitas, non te fugit.* Et Balbus *apud Cic. lib. 2. de Nat. Deor. cap. 53.* laudat naturam, quod non uno anni tempore producat fructus, ut semper & novitate dele-

Stemur, & copia. Unde & Ovid. *lib. 3. de Ponto. Eleg.*
4. canit :

Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.

Et *lib. 4. metam. vers. 284.*

DULCIQUE animos **NOVITATE** tenebo.

Falsa itaque est propositio, ex ullis naturæ motibus, peti posse principium adæquatum Juris Naturæ.

168. Enimverò, ut alia omittam, nihil est ad quod natura humana magis fert homines, quàm ad libertatem: uti Cæsar *de Bell. Gall. lib. 3. cap. 2.* ait: *Omnes homines naturâ libertati studere.* Ita in *l. 39. S. fin. ff. de Fideic. lib.* dicitur: *Nibil aequè gratum hominibus præstari posse quàm libertatem.* Eam vitæ æquiparant, quin populus R. prætulit, teste *Cicer. Orat. in Pison.* Eam *Omnibus opibus præferendam* dixit Agesilaus, *apud Xenoph. Rer. Græc. lib. 4.* Pecuniâ sui non posse; *l. 9. S. pon. ff. de Stât. lib. & inestimabilem esse l. 106. ff. de Reg. Jur.* Ergò natura humana non minus, sed imò magis fert homines ad libertatem, aliæque plurima, quàm ad societatem. Sequeretur ergò multò magis libertatem esse principium adæquatum Juris naturalis: & sic alia innumera.

169. Quis enim ita modus & finis fieret principiorum adæquatorum Juris Naturæ? Quis status Juris & hominum? Unusquisque hominum, qui ferretur ad furta, ad cædes, ad adulteria, sentiret in se, & naturâ suâ humanâ, principium juris naturæ adæquatum, & tot principia adæquata, quot instinctus & motus: sederetque in pectore cujusque, quicquid luberet, & omnia, ad quæ naturâ suâ fertur, perpetrandi autoritas.

170. Ne-

170. Neque verò hoc principio admisso, Juris naturalis esse, ad quod natura humana homines fert, discerni amplius possent honestum & turpe; licitum & illicitum: quia naturæ humanæ promiscuus ad utrumque instinctus, imò multò acrior stimulus est ad malum: *Nitimur in vetitum &c.* Quemadmodum Ovidius de hominibus quartæ ætatis in genere cecinit, *lib. 1. Metam. 4.*

*In quorum subière locum fraudesque dolique,
Insidiæque, & vis, & amor sceleratus habendi &c.
Vivitur ex rapto. &c.*

Hoc tum fuit studium, hi instinctus humani generis! Hæ tum naturæ hominum insitæ cupiditates, quibus rapiabantur ad ea patranda.

171. Quodsi excipias, hæc fuisse à natura corrupta, seu à naturæ vitio, nihil ages: sed hoc ipso fateberis aliud principium esse oportere, quo motus vitiosi & illiciti à justis & bonis discreti fuerint, & dignosci queant. Unde enim perspectum habes, quæ hominum Natura sit recta, quæ corrupta? Quid à natura sit, quid à vitio, si regula omnium adæquata sit id, ad quod natura fert homines? Ea tum fuisse dicitur communis hominum conditio; nec illi professi sunt se vitio agere, sed ductum naturæ suæ & cupiditatum, atque aded, juxta hoc principium, jus Naturæ, quæ eos in id movit, secuti sunt. Hoc itaque dato principio, Juris Naturalis esse id, ad quod Natura humana fert homines, sublatum est principium distinguendi licitum ab illicito; extincta semina honesti & turpis; & obliterated penitus discrimina recti & pravi, & in genere instinctus naturæ ad quæ-

cunque, etiam scelera, unica regula & norma erunt Juris Naturæ; & omnium agendorum. Oportet igitur omnium maximè aliud quærere principium, idque instinctibus naturæ nostræ prius ac superius; quo cognosci possit, an quædam sint vetita? quæ? & à quo? & ita convinci homines, plerosque instinctus suos esse à superiore Legislatore vetitos ac vitiosos.

172. Ita nec magis motum naturæ ad societatem, vices talis regulæ & principii Juris naturæ implere posse, vel inde intelligitur, quia multa jure naturæ prohibita sunt, quorum prohibitio non modò non sequitur ex societate, sed contra rationibus ejus magis adversatur. Sic promiscuos mulierum concubitus & Natura & communis Gentium consensus abominantur; & tamen Spartani, decennali Messeniæ urbis obsidione retenti, cum interim nova proles domi deficeret, juvenes Spartam misere, cum quibus uxores promiscuè consuescerent: *Just. lib. 3. cap. 4.* idque ad societatem civitatis suæ conservandam, atque ad eam augendam necessarium & proficuum duxerunt, *maturiore*, ut additur, *futurem conceptionem rati, si eam singula per plures viros experirentur. d. c. 4.* Et tamen nefandi fuere hi promiscui concubitus, & hæc adulteria, & inde nati aded infames, ut postea, quasi desperabundi, solum verterint: *Vid. d. c. 4.*

173. Prætereo alia atrocissima & turpissima crimina, Sodomix &c. quæ filius, *Sam. de Cocceji, Consil. int. R. M. Bor.* pluribus executus est in *tract. de Princ. Jur. nat. ubi vid.* Iis tamen nihil contra societatem committitur.

DE

DE PRINCIPIO OBLIGATIONIS.

174. Videamus jam id quod caput rei est. Etenim de his, quæ hæc. confutata sunt, proprie ne quæstio quidem est; verùm ea in superfluum magis disputata sunt, ut pro rei momento appareret non tantum summa principii hujus *ἀδοξία* & incredibilis insufficientia; sed & periculosa & perniciosa ejus cum Carneade & Epicuro conspiratio & quasi prævaricatio. At præcipuum, & quod vel solum totam rem conficit, est, quod ex motibus illis naturæ nulla sequatur obligatio; sed è contrario tantum fruendi cupido. Ex isto enim principio tantum fluit & quæritur, quid homines velint, cupiant, optent? In Jure verò, quid debeant? quid oporteat? quid inviti teneantur agere? In illis, quid homini proficuum, gratum, jucundum; vel contra, noxium, molestum, &c. fit? In jure, quid licitum vel illicitum; quid debitum vel indebitum; permissum vel vetitum &c.

175. Tota ergo quæstio in eo unice versatur, quodnam sit principium adæquatum obligationis, quâ universum genus humanum, omnesque homines, sacro, æternoque & inviolabili vinculo aded adstricti sunt ad præcepta juris naturæ servanda, ut tot potentissimæ Gentes, populi, Regna ac Imperia, quæ adversus ea commissa sunt, horrendis cladibus, vastitatibus, excidiis, & totali extirpatione luerint? Atqui, si societas sit adæquatum principium juris naturæ, nihil ipsi contra Naturam commiserunt; quia Natura humana homines tantum movet ad APPETENDAM societatem mutuam: atque in eo totius principii vis constituitur: inde autem nihil

aliud probatur, quàm quòd Natura impreſſerit hominibus deſiderium mutæ ſocietatis, quo fit, ut ejus commodis & jucunditatibus frui velint, delectentur, gaudeant. Hinc verò nec ſequitur, nec probatur, quod inprimis probandum erat, homines ad aliquid obligari.

176. Quin inde directò contrarium manifeſtè ſequitur, & probatur, ex hoc naturæ motu, quo homines feruntur ad ſocietatem appetendam, ſeſtandam &c. non poſſe eos obligatos intelligi; adeoque eum motum non poſſe eſſe principium obligationis: quia hæc adverſa fronte pugnant: aliquid petere, cupere, optare; & tamen invitum quoque trahi & obligari: eſſe aliquid in votis hominum, & tamen adverſus vota ſua ipsis obtrudi. Idem ergo motus naturæ, qui tantum efficit ſtudium, & enixam voluntatem fruendi eo quod homo naturæ ſuæ inſtinctu cupit, amat, ardet; non poteſt eſſe cauſa cogendi hominem ad amplectendum quod fugit, odit, averſatur. Certum itaque eſt, cum homines jure ad aliquid obligantur, id non eſſe à cauſa & principio hujus motus naturæ humanæ, ſed ex alio principio.

177. Quod & ipſa Natura communis manifeſtiſſimè evincit, quæ homines & omnia animantia ad ſuas utilitates fert, ut Grotius ipſe non diffitetur, & trita eſt Ethicorum doctrina: certè non ad onera & vincula, ut ſe ipſos vinciant, ad neceſſitatem præſtandi ſe adſtringant & obligent; libertatemq; agendi quod lubet coërceant, & coarctent. Nam, ut omnia animantia, & præcipuè homo, omnium
ma-

maximè feruntur ad libertatem tuendam, adeo ut ad nullam rem æquè aut magis, uti jam §. 167. sup. ostensum est; ita nihil est, quod magis repugnet, quàm quòd naturà homo feratur ad libertatem imminuendam aut infringendam, jugumque obligationis sibi imponendum. Nihil, inquam, magis secum contendit, quàm homines naturà ferri ad agendum quod lubet, quod libertatis est; & ad agendum quod non lubet, quale est vinculum & frenum juris, id est, obligatio. Hæc non modò non minùs contradictoria sunt, quàm ferri ad volendum, & ferri ad nolendum: sed & hoc ipsum, ferri ad nolendum, involvit certissimam contradictionem; quia, quòd quis non vult, ad id naturà non fertur, sed ab eo avertitur, idque aversatur. Nihil itaque certius & infalibilius esse potest, quàm obligationem, (de qua unicè quæritur, & quæ maximè à principio juris fluere debet:) non esse à principio motus naturæ humanæ, quo fertur ad societatem.

178. Qvò & porrò facit, qvòd ille naturæ nostræ motus sit noster motus proprius; id est nostra propria voluntas, nostrumque votum: unde Principis voluntas in Rescriptis nulla re magis perspicuè ostendi posse dicitur, quàm additâ clausulâ, *motu proprio*: adeo ut tum subreptionis vitium opponi rescripto non possit. *Vid. Aym. Cravett. Consil. 106. n. 5. & 6. in tom. 4.* Non minor ergo hæc quoque pugna est, homines ex suo proprio motu quo suâ naturâ moventur, seu ex suâ voluntate, obligari: & hunc hominum motum proprium, & voluntatem propriam, esse principium obligationis, ut quocunqve naturâ suâ suæque volun-

voluntate moventur, ad id teneantur. Quod proinde merito quoque refellit regula Juris in l. 22. princ. ff. de Legat. 2.

179. **Idem refellit & alia Naturæ regula & ratio, quod quisque hominum ab eo, quod suâ causâ, & pro se, atque in suum favorem & commodum, (uti societas sociorum causâ, & ad sociorum utilitatem & commodum) introductum est, liberè recedere, eique renunciare possit, quæ traditur l. pen. C. de Part. &c. Unde ad societatis formam quasi spectat, ne socii inviti teneantur in societate manere: idque certissimâ ac naturali ratione, quia tota societas, & quæcunque eâ continentur, res sociorum omnium communis est, & cujusque socii pro rata seu parte suâ, licet indivisâ. Socius igitur, qui à societate recedit, non nisi de re seu parte sua, eam societati eximendo, disponit; prout de ea liberè disponere, quin & eam consumere, & usque aded abuti eâ potest: ut dicitur in l. 21. C. Maudat. Tantum abest, ut principium obligationis à societate peti possit, cui nihil magis inimicum est.**

180. **Etenim è contrario omnis obligatio est ex eo quod alienum est, non nostrum: Nemo de re sua obligatur, quicquid in ea egerit; sed omnis obligationis initium & caput est de alieno; cum quis vel habet aliquid alieni, vel in alieno quid egit, quo alteri quid abest, seu quo ille minus suo habet. Quod & suo loco ex professo tractabitur, & per se notissimum est, cum ex ipsa Justitiæ definitione, & prima ac universali juris regula, quâ præcipitur, ut *suum cuique tribuatur*, id est, ut quisque quod non suum, sed**

sed alterius est, alteri: Tum ex unanimi Gentium consensu, quo Juris obligatio constituitur in alieni abstinentiâ: tum ex ipsomet judicio & sententia sanctissimi Servatoris nostri, qui, cum ipsum Judæi, ejus tentandi causâ, rogarent, ad quid Cæsari in causâ censûs obligati essent? hoc certissimo Naturæ præcepto eos propulsavit: ad id quod Cæsaris esset: *Cæsari, ait, date quod Cæsaris est;* atque & sic porro, cuique quod suum est. *Matth. 22. v. 21.* Fuisse autem censum Cæsaris, ex forma publica monetæ constabat, quâ ipsi utebantur, & quæ Cæsaris erat. Ita ergo inevitabili hac ratione convicti & in pudorem dati sût.

181. Aded autem nullum à societate principium obligationis duci potest, ut nec ipsius societatis jura propria, ad quæ obligamur, sint à principio societatis, sed ab alio, scil. à voluntate Dei seu Creatoris. Ita illa jura societatis, ad quæ omnium maximè homines fert natura humana, nullam pariunt obligationem, nisi cum ea apparet ex voluntate Dei, jus alteri dantis, alteri injungentis: uti in exemplis quæ recensentur *in princ. de Jur. nat. gent.* Ad conjunctionem maris & foeminæ; ad procreandam prolem, nulla est obligatio; sed hominibus utriusque sexus liberum, velintne matrimonium contrahere, & procreare, annon? Quæque enim pars in his causis non nisi de suo agit, & disponit de sua persona, suo corpore, suis fortunis jungendis: de alterius jure nec agitur nec quæritur, & omnis aded obligationis causâ deficit. At secus est in generatæ prolis educatione: ad quam studio planè mirifico, & ardore atque amore

K

more summo etiam natura humana fert parentes, idque in omni animantium genere: verum ex causa hujus motus non oritur obligatio educandi, sed *autōr* ex voluntate Dei, seu ex regula & principio obligationum, *Sup. S. 30. & seqq.* exposita. Creator scilicet non omnes homines simul, sed speciem condidit, quæ generatione propagaretur, & ideo quidem omnibus studium generandi, & generati curandi infudit, ut ipso opere apparet: Nulla tamen ad conjunctionem maris & foeminae est obligatio, quia nondum jus alterius vertitur, sed quisque de suo statuit. Eâ verò contractâ incipit jam inde & existit duplex jus alienum & alteri quæsitum, & eo ipso aded causa obligationis: alterum inter conjuges, invicem, ex utriusque dispositione & voluntate, ad mutuam cohabitationem: *per posit 6.* alterum homini inde nato ad ejus curam & educationem, quæ jus prolis est, & demonstratur ex mediâ necessitate, *per posit 4. n. 4.* quippe sine quo nec homo recens natus conservari, nec species propagari posset, quod utrumque pugnat cum fine & intentione Creatoris. *per posit 4. n. 3.*

182. Similiter ut de pactis diximus, ex quibus non oritur obligatio, nisi talia sint, quibus alteri paciscentium jus quæritur: hoc enim jam illi tribui aut præstari necesse est: unde id dicitur in *Jure causa obligationis.* Hæc igitur non oritur immediatè ex pacto, sed ex translatione vel commutatione juris, quod ex justo pacto alterius fit, atque aded illi ex lege Creatoris præstandum est. Pacti igitur dispositio seu consensus declaratio est

est causa transferendi seu commutandi juris, prout disponunt pacifcentes; translatio verò vel commutatio juris, quam Græci *synallagma* dixerè, causa obligationis, ut cuique suum præstetur prout dispositum est. Atque cum hoc verissimo Jure Naturæ accuratissimè consonat disciplina Juris communis; de quibus omnibus suis locis plenius.

183. Denique certissimum insufficientis ad humani generis obligationem principii Grotiani argumentum est, quod ipse Grotius non aliam obligationis causam faciat, quàm pacta eorum, qui in societatem coeunt, §. 14. *Proleg.* ubi eam homines inter se ex indigentia recepisse vult, quòd aliquis obligandi modus inter eos necessarius fuerit. Alium ergo non fuisse contendit. Cùm igitur, quæ consensu seu pacto contracta sunt, contrario dissensu iterum tolli, & ii, qui aliquid volunt, etiam nolle possunt; infallibiliter consequens est, homines obligationem pacto contractam pacto contrario iterum solvere, atque adeò unà omne jus naturæ extinguere possunt. Adeò quoad fontem & principium obligationis, de quo unicè, ut sæpius dictum, quæritur, nullæ sint partes istius motus ac sensus, quo homines feruntur ad societatem, sed mera commenta gratis conficta, & fucus verborum.

184. Neque verò ipse Grotius utitur hoc principio ad resolvendas, quas in opere suo exhibet, quæstiones; nec inde eas decidit, sed ex vulgari-
bus rationibus, ut vulgò occurrunt seu afferri solent, & vel ex aliis disciplinis mutuata, vel ab au-

toribus allegari solitæ, vel ab otiosis, fugacibus, & pro lubitu confictis conjecturis petitæ, aded ut haruspicinam magis oleant, quàm Juris naturæ scientiam & faciem exhibeant.

185. Quod autem Dn. Culp. *d. §. 7.* jactat, Dn. Puffendorffium nunc abunde hoc principiū demonstrasse, id quàm præceps crudumq; & vanum judicium sit, patebit *inf. §. 195.* nihilque ibi est quàm commendatio utilitatum humanarum ex societate, quæ eadem est Carneadis & Epicuri sententia. Reliquum mera figmenta. *Vid. d. §. 195.*

186. Minimè omnium autem ferri potest, quod Dn. Culp. abs re fingit, sententiam, quæ custodiam societatis humano intellectui convenientem, principium juris naturæ facit, veteribus jam laudatam fuisse, & in id allegat Aristotelem, Ciceronem, Augustinum & Ambrosium. Verùm hoc commento ille nimio opere fallit; & falsissimum est, hos Autores statuere custodiam societatis principium juris Naturæ. Quin planè non agunt, vel quærunt ibi de principio Juris, sed de ordinanda rep. ad bonum & salutem populi; & de officiis civium seu hominum: quæ non ad jus, sed ad Politicam & Ethicam spectant. *Vid. §. 195. & §. 9.* Quin ei reclamant, & quasi in faciem contradicunt ipsi Arist. *lib. de Mundo. c. 6. in fin.* & Cicero in loco illo divino, *sup. §. 165.* exhibito; qui unicè Deum hujus legis latorem & autorem agnoscunt. Quin uterque expressè docet, jus naturæ fore, etsi nulla esset societas. Arist. *1. Rhet. 13. Est natura commune justum & injustum, etsi nec ulla invicem societas, nec conventio fuerit.* Et Cicero juris ejus stirpem.

stirpem & originem in *mente divina* figit, & *omnibus seculis ante natam* ait, *quam ulla civitas fuerit.* *Vid. Cic. lib. 2. de legib. cap. 4. 5. & 6.* ubi latissimè; & eam in rem plura apud Selden. *de Jur. nat. lib. 1. cap. 8.* Omnium minimè autem allegati Patres de principio Juris naturæ tractant. Itane verò fas est abuti autoritatibus in re tam sancta? Quanquam in con- dendo & demonstrando Juris aut alterius scientiæ principio nihil valet ulla autoritas, nedum eorum, qui isti studio non incubuerunt; inter quos Bœcle- rum &c. quoque esse constat. Quis enim judicium ferat de principio, unde totum jus fluit, qui totum jus exactè non callet? Sed hæc mittimus.

Ad §. 8.

187. Tandem evidentiâ convicti obligationem non ex suo principio, sed ex Dei voluntate esse faten- tur, & ait Culpis. hîc: *Deum hominî socialitatem pro im- perio injunxisse*: ac nihilominus verbis Dn. Puffen- dorffii, §. 7. ait, *societatis custodiam esse genuinum, mani- festum, sufficiens, & adæquatum Juris naturalis principium, nec de eo se dubitare.* Quæ res & contradictionum plena est, & ipsum hoc principium ipsorum ab ima radice, si ulla fuit, averruncat, & omnes Juris naturæ rationes conturbat. *ut inf.*

188. Ad principium Juris naturæ quid illi re- quirant, ex Dn. Puffendorffio descripsit *D. Culp. th. 4.* scil. *Ut omnia illius juris præcepta compendio in se complectatur, & ex eo facili & perspicuè subsumptione deduci, & in id resolveri possint; præterea quoque ejusdem veritas ex solo rationis lumine innotescat, ac à quolibet admittatur.* Tale principium juris naturæ genuinum, sufficiens, mani- festum

festum & adæquatum faciunt, *custodiam societatis hu-*
mano intellectui convenientem; ut refert D. Culp.
th. 7. iterum verbis Dn Puffendorffii lib. 2. cap. 3. §.
19. ubi hic expresse addit; esse tale principium, ut non sit
ullum præceptum juris naturalis, alios homines spectans, cu-
jus ratio non ultimo exinde petatur.

189. Et tamen ipsi fatentur & asserunt, id de quo
 unice quæritur, scil. obligationem, ex hoc principio
 deduci non posse, sed ex sola voluntate divina. Ita
 enim D. Culp. non tantum hic, sed & expressius
inf. ad l. i. c. 1. th. 5. scribit: Recte ex solo Numinis
supremi præscripto obligationem Juris naturalis repetiit
Grotius, & cum eo Seldenus. l. 8. Puffend. de J. N. & G.
II. 3. 20. &c. Quin Dn. Puffendorffius in d. §. 20. di-
fertissime ait: Ut hæc rationis dictamina vim legis obti-
neant, sublimiori principio opus est. Inde fusè quo-
 que probat, ex hoc principio non nasci obligatio-
 nem; & tum addit: *Igitur omnino statuendum est, obli-*
gationem legis naturalis esse ab ipso Deo creatore, qui ho-
mines ad istam observandam pro imperio adstrinxit. Et
jam ante §. 19. dixerat: Hæc dictata rationis non posse
habere vim legis, quippe quæ necessario superiorem ponit.

190. Atqui de sola obligatione Juris natura-
 lis quæstio est: sine ea enim nihil naturâ est injustum,
 nihil illicitum: quia illicitum non fit nisi obligatione vio-
 latâ, quâ cessante nihil remanet, nisi libera agen-
 di quod lubet, licentia, nulla illicentia. Sine obli-
 gatione igitur nemo injustè, nemo illicite agit,
 quicquid agere lubeat; quia aliter agere obligatus
 non est. Unde sine ea nullum jus naturæ, ejusque
 scientia datur; quippe quæ est, *justi & injusti scien-*
tia

tia. l. 10. §. fin. ff. de J. & J. quâ æquum ab iniquo separatur, licitum ab illicito discernitur, l. 1. §. 1. ff. eod. tit.
 Atque hic finis, hic scopus, hic usus est Juris. Nullum igitur est jus naturæ, nec ullus ejus usus, si nihil naturâ injustum vel illicitum sit: nihil erit illicitum, si omnia licita quæ homines volunt: erunt omnia licita, si non sunt obligati aliter agere ac volunt. Sequitur ergo, ex ipsorum principio socialitatis nullum jus naturæ deduci posse, si, ut fatentur, obligatio non potest. *de quo mox pluribus.*

191. Quanta igitur contradictio, jactare principium juris, unde omnia juris præcepta ultimo peti possint; & post tantam expectationem afferre, unde nullum potest, sed ex sola voluntate divina, ut ipsi asseverant; aded ut Dn. Puffend. *d. c. 3. §. 1.* unicum tantum hunc scrupulum moveat, unde voluntas ista divina sit cognoscenda. Quod verò frustra veretur; cum constet, duobus saltem signis cognosci voluntatem: *verbis vel factis: §. 19.* & nec aliud datur cognoscendæ voluntatis principium, & hoc sufficit.

192. Quanta porro contradictio; afferere principium juris esse *genuinum, manifestum, sufficiens, & adequatum; aded ut inde omnia Juris præcepta ultimo peti possint;* & fateri, aliud esse principium sublimius, & alium superiorem, unde obligatio naturæ, de qua unice quæritur, atque aded unde jus naturæ petendum sit: uti expressè fatentur Dn. Puffend. & D. Culp. in locis *sup. §. 188.* exhibitis, atque ideo principium hoc suspendunt à causa priorè & superiore, seu, ut Dn. Puffend. *d. l.* vocat, à *principio sublimiore.*

193. Sed

193. Sed & (liceat pace omnium, & sine sum-
 morum virorum obtrectatione, quod res est, dice-
 re,) quanta hæc est *ἀλογισία*, fingere, socialitatem
 esse principium juris naturæ genuinum, sufficiens
 & adæquatum, unde omnia juris præcepta ultimò pe-
 tantur: fingere deinde, illam Deum jussisse, atque
 ad eam servandam homines adstrinxisse: fingere, De-
 um totum jus naturæ, & omnia ejns præcepta, intra
 limites societatis, tanquam adæquati principii, con-
 clussisse, & aded nec plus minusve, nec præterea aliud
 quid voluisse; fingere porro, qualem Deus voluerit so-
 cietatem, & quid eo pertineat; fingere denique, De-
 um quicquid eò pertinet pro lege injunxisse &c. nihil
 horum ritè probare, & tamē ex his ita confictis & nulla
 re probatis principiis scientiam extruere, & jus na-
 turæ effigiare, quod omnes homines & gentes obli-
 get? His verè opponitur illud Ciceronis *lib. 4. Acad.*
cap. 6. Non esse ullam rationem disputare cum iis, qui ni-
hil probarent.

194. Equidem afferunt quædam curandis
 principii sui vulneribus, sed quæ magis ea exaspe-
 rare videntur. Cùm verò Dn. Culp. nihil hujus
 ipse ediderit, sed ubique provocet ad Dn. Puffen-
 dorffium, & hunc omnia abunde probasse jactet,
 res ipsa me cogit, salvâ ubique Illustris Viri, cu-
 jus nomen colo, memoriâ, rationes ipsius evolve-
 re; quo factò, nî admodum fallor, quâ à tramite
 recessum fuerit, ob omnium oculos fore confido.

195. Duo igitur B. Dn. Puffend. assert, quæ
 non videntur ferri posse. PRIMUM est, cùm *d. cap. 3.*
§. 20. recipit probare, Deum pro imperio injunxisse
 homi-

homini socialem vitam. Sed frustra. Nam jam ostensum est (1) eo quoque probato, non societatem, sed Dei iussum fore principium juris naturæ §. 191. (2) Nec sequi, Deum coarctasse quoque; & coercuisse omne jus Naturæ intra fines societatis, (ut isti volunt, dum hoc principium adæquatum statuunt) & nihil aliud quoque voluisse vel intellexisse. §. 192. Sed & (3) nequaquam id, quod prætendit, Deum præcepisse socialitatem, argumentis suis Dn. Puff. probat.

196. Etenim tria in id refert. (1) Quod Deus ita formaverit naturam hominum, ut humanum genus sine sociali vita servari aut saluum esse nequeat. (2) Quod in solo homine sit metus Numinis: Et (3) conscientiæ sensus, in legem Naturæ peccando Deum offendi.

197. Duo posteriora mirum quod hic allegentur: Nemo enim qui Deum agnoscit & sanus est, dubitat, Ei reverentiam deberi: Eumque offendi legem naturæ violatâ. Nec id quaritur, sed quæ sit lex naturæ, ejusque principium. Prima ergo ratio sola superest; Deum ita formasse naturam generis humani, ut sine societate illud servari non possit.

198. Hoc autem nec verum est, nec inde sequitur Deum præcepisse societatem: sed tantum dedisse facultatem & voluntatem cœundi in societatem, si sui servandi causâ, id sibi expedire vel necesse esse sentiant: unde motum ad appetendam societatem impresit, non necessitatem imposuit, ut jam dudum ostendimus. Ita Deus quoque naturam hominum ita formavit, ut sine matrimonio, sine defensione sui & rerum suarum &c. humanum

L

genus

genus servari non possit; & tamen inde non sequitur, quod teneantur matrimonium contrahere; res suas defendere, &c. sed quod possint, & naturam instigante velint. Possunt tamen & coelibem vitam eligere, & rerum suarum defensionem renunciare.

199. Nec obstat, quod Dn. Puffend. assertit; Qui vult finem, cum velle & media ad finem. Etenim voluntas alia est praecipiens, alia permittens, vel concedens § 10. & § 99. Eodem ergo voluntatis genere, quo quis vult finem, vult & media: & si quis permittit & concedit finem, permittit & concedit quoque media; ut in l. 2. ff. de Jurisd. si praecipit finem, praecipit & media. Hoc ergo praceptum quod probari debuit, inde non probatur; sed contra, nihil amplius naturam apparet, aut ratione probari potest, quam Deum ingenerasse homini studium, desiderium & appetitum societatis, non verò, injunxisse quoque necessitatem.

200. Neque aded ferri possunt, quando ex eo, quod homo sit animal sui conservandi studiosissimum, concludunt, praceptum & obligationem ad societatem; atque in id abuntur illo Philosophi, hominem esse ζωὸν πολιτικόν. Dn. Puffend. d. cap. 3. §. 15. princ. & §. 18. in fin. cum inde tantam probetur, hominem esse cupidissimum societatis, non contra, teneri quoque invitum.

201. Atque hoc perpetuum est, quoties non agitur de re aliena, quo solo casu obligatio intelligi potest; sed de jure hominum proprio, cui illi renunciare possunt, uti pluribus ipse Dn. Puffend.

d. §. 20

d. §. 20. inculcat. Societas verò est sociorum causâ, & res sociorum; unde in ea nemo invitus manere cogitur.

202. Neque regeas, homines non posse se perdere, aut alios lædere, fidem & pacta non servare. &c. Id enim non inde est, quòd Deus homines obligavit ad societatem; sed quia obligavit ad cuique suum tribuendum, ad neminem lædendum, ad fidem & pacta servanda: Ad quæ omnia æquè obligati essent, etiam extra societatem, & licèt nulla esset societas, de quo mox.

203. Nam & in privata societate socius socio tenetur ex conventionem, ex fide data, ex re gesta, ex damno dato, ex re omni aliena, vel focii, quam penes se habet; & tamen non obligantur socii ad societatem, sed naturali quoque jure liberrimè ab ea recedere possunt; & ex iisdem causis tamè peræquè tenerentur, licèt non essent socii: ex istis enim causis omnes homines invicem tenentur; non quia socii sunt, & ex causa societatis, sed ex præceptis juris naturæ, alterum non lædere, fidem servare, &c. quæ ex divinâ voluntate valida sunt, etsi nulla esset societas.

204. Denique, quàm vitiosa sit illatio ista: *Deum formasse naturam humanam, ut sine societate &c. homines conservari non possint: Igitur præcepit societatem &c.* patet exemplo aliorum animalium: Nam non minùs de iis dici posset, Deum illorum naturam ita formasse, ut conservari species non possint sine societate, sine conjunctione maris & foeminæ, sine defensione sui &c. neque tamen quisquam inde in-

feret necessitatem harum rerum in brutis: quòd necessariò coëant, se defendant, societatem seu gregem faciant; sed tantùm, quòd instinctu naturæ ad ea ferantur.

205. Igitur non sequitur, nec probatum est, quòd inde concluditur, præceptum societatis. Sed nec quòd præmittit Dn. Puffend. *d. cap. 3. §. 20.* verum est: *Deum ita formasse hominum naturam, ut sine sociali vita servari non possint.* Imò contrà. Humanum genus non servatur per societatem, sed per leges naturæ à Deo sancitas: *Alterum non ledere. Suum cuique tribuere* &c. sine quibus nec ipsa societas servari, nec quicquam in ipsa fidi, sancti, salvi, aut tuti; sed cuique pro cupiditatibus suis infinita esset turbandi lædendique licentia. Igitur ipsa societas, ejusque summa imperia, non sunt salva nisi per has leges naturæ: nedum homines summiq; magistratus per societatem; nisi quat. illa conformata est legibus naturæ, atque hoc sacro præsidio circumvallata & munita: & tum salvi sunt, non ex causa societatis, sed ab hac legum naturæ Palladio. Atque hoc agnoverunt Sacratiss. Imp. Theodos. & Val. in *l. 4. C. de Legib.* ubi ita publicè rescripsère. *Aded de autoritate Juris (non societate) nostra pendet autoritas!* Et hinc, *dignam Majestate regnantis vocem* dixère, *legibus alligatum se Principem profiteri.* Et Justin. *Imperatoriam*, ait, *Majestatem legibus oportet esse armatam, ut tempus Pacis rectè gubernare possit.*

206. Hæc juris naturæ præcepta vim haberent & obligarent homines, etsi nulla inter eos esset societas, nec ejus desiderium insitum: & eâ cessante

fante, starent tamen hæc legum naturæ & divinæ voluntatis præsidia, atque sub hoc clypeo saluum genus humanum; *arg. Gen. 9. v. 5.* Nam & eodem quoque loco maneret conjunctio maris & foeminæ; & studium seu cura prolis; quæ apparet quoque in istis bestiis, inter quas societas non animadvertitur. Starent eædem virtutum & officiorum regulæ, & invicem juvandi ac benefaciendi laus & gratia: eadem meritorum æstimatio, dignitas ac commendatio: & in genere eadem omnia, quæ ad justitiam naturalem & bonos mores spectant; totaque aded Juris & morum disciplina prorsus eadem: neque societas existentia vel defectus illa mutat.

207. Omnis itaque invertitur legislationis naturalis ordo ac ratio, cum societas juris naturæ principium fingitur. Nam stante quoque societate hæc jura Naturæ sunt regula & norma societas; non contrâ, societas regula & norma juris Naturæ: nec jus Naturæ est quod societati convenit; sed, quod juri naturæ, lex societas.

208. Multò minùs autem admitti potest Dn. Puffendorffii ratio in statu, de quo ipse loquitur, quo Deus formavit naturam generis humani: ubi sine dubio suffecere leges naturæ. Verùm, cùm status iste humanæ naturæ, quam Deus formavit, ita mutatus fuerit, ut nunc hominibus effrenatarum cupiditatum neque modus neque finis sit, atque is status successe- rit, quo (iterum agnoscente *Ovid. 1. Metam. 4. vers. 144.*)

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus:

Non socer à genero &c.

verum planè est, in eo statu singulos rebus suis tuen-

dis pares non esse, & idè in Civitates coëundum fu-
 isse. Verùm iste status non est à natura; sed à vitio
 & corruptione hominum; non is, quem Deus forma-
 vit, sed quem ipsi depravârunt, & cujus proinde au-
 torem Deum facere, & ex facto hominum mandatū
 Dei inferre non oportet, quasi ille ita formaverit hu-
 manam naturam, ut ait *Dn. Puffend. d. l.* nec probavit.
 Ita ergo evanuit ostentata à Dn. Puffend. & laudata
 adè à D. Culp. ejus commenti probatio.

209. Sequitur jam alterum, quò Dn. Puffend.
 laboranti principio suppetias ferre, & vitiis ejus ali-
 um colorem oblinere satagit: quod verò fontem, non
 principii juris, sed errorum, ita detegit, ut mirum vi-
 deatur, quì summis Viris id in mentem venire potue-
 rit. Ait ergo *d. c. 3. §. 19. Ist hoc principium juris natura,*
 (loquitur de societate humano intellectui, seu dicta-
 mini rectæ rationis, conveniente) *esse genuinum, ma-*
nifestum, sufficiens, adequatum, nec ullum esse præceptum
juris naturalis, alios homines spectans, cujus ratio non ultimo
exinde petatur. Tum addit: *Etsi, ut ista rationis dicta-*
mina obtineant vim legis, necessum sit præsupponere Deum,
esse, humanum genus, ut omnia, gubernantem &c. Et ite-
 rum §. 20. ait: *Enimvero, ut isthæc rationis dictamina vim*
legis obtineant, sublimiore principio opus est. Inde ipse lu-
 culenter probat, *hoc principium vim legis & obligationis*
non habere; sed etsi longè manifestissima sit utilitas, illam,
tamen solam tam firmum inducere vinculum non posse, quin
inde discedi possit, si cui utilitatem eam negligere allubescer-
et. Neque posse nudis suis destinatis adstringi voluntatem
hominis, ut in diversum, quandocunque libitum fuerit, disce-
dere nequeat. Sed & licet homines conspirassent ad ista di-
 data

*Etata servanda, diutius tamen eadem hant quicquam substituta, quam ipsorum consensus duraverit. Nec solum, si omnibus, qui conspiraverant, inde simul discedere placuerit, expirationem obligationem; sed etiam durante eo consensu vim obligandi non fore; quippe cum illud dictatum rationis de servandis pactis nondum vim legis induerit, adeoque etiam singulis pro lubitu, ceteris licet dissentientibus, ab ejusmodi placito licere abire. Denique nec imperium humanum vim obligandi ei tribuere posse: cum illud exurgere nequeat, nisi median-
tibus pactis; hoc verò ex lege vim suam mutuari: Et ideo non apparere, quomodo enasci possit imperium humanum, quod vim obligandi afferre valeat, nisi dictamina rationis prius in legem evaluerint: aut saltem jus positivum fore &c. Hactenus Dn. Puffendorfius: prorsus, uti nos eadem latè demonstravimus, ad refellendum hoc principium. Atque hinc jam ita concludit: Igitur omnino statuendum est, obligationem legis naturalis esse ab ipsa Deo, qui homines ad istam observandam pro imperio adstrinxit: quia ille genus humanum gubernat. &c.*

210. Ita ille ipsi principio legis vel juris naturalis detrahit vim legis, juris, & obligationis, omnemq; istam vim juris & ipse, & cum eo D. Culp. transfundunt in solam Dei voluntatem. Quid verò? Esse principium legis naturalis, & non habere vim legis? Fontem & regulam juris, non habere vim juris? Cujus ergo rei principium quærunt? Anne Juris? At jus id ipsum est, unde nascitur obligatio? nam si nullam obligationem pariat, non est jus validum & efficax. Ut aded non magis intelligi possit principium juris unde obligatio peti non potest, quàm unde jus non potest. Et cum ipsi tale principium esse velint, unde

unde universa Juris præcepta duci possint, quæ utique sunt obligatoria, (uti suum cuique tribuere, parentes colere &c.) nulla major pugna esse potest, quàm ex ipso principio, unde omnia oriuntur præcepta Juris obligatoria, non oriri obligationem.

211. Omnem; verò fingendi audaciam & licentiam exuperat, quod apud Dn. Puffend. *id.* §. 20. dicitur: Hoc principium Juris naturæ, socialitatem, non habere ullam vim juris; sed cum omnes socios, tum unumquemque eorum, cæteris quoque invitis, prout allabuerit, inde recedere, nec eo vel pactis vel humano imperio adstringi posse. *Verum* (addit pro lubitu suo) *vim legis id accepisse à Deo; quia fste; gubernat genus humanum &c.*

212. Non dubito, ab omnibus facillimè intelligi, quàm implacabilis sit ista contradictio: In fontibus, unde rivi aquarum ducuntur, non esse aquas? In principio legis naturæ, (socialitate scilicet) ex quo omnia jura, juriumve præcepta fluunt, non esse vim legis?

213. *At*, inquirunt, *principium istud socialitatis vim legis à Deo accepisse.* Verum, *primò*, Principium Juris naturæ vim Juris & legis ex se habere, eamque in se complecti debet, non aliunde mutuari: alioquin non potest ipsum intelligi principium Juris naturæ sufficiens & adæquatum. Cum igitur in prætenso hoc principio socialitatis adeó nulla ex se sit vis juris, ut nec impedire possit, quin unusquisque pro lubitu suo inde recedere possit, & necdum ullum jus ipsi obstat, nec ulla inde fiat injuria, ut fatentur, non potest illud intelligi principium juris naturæ sufficiens & adæ-

& adæquatum, ac unde ex se nulla est vis juris & legis; sed sola Dei voluntas, unde omnis.

214. Deinde, quod fingunt, Deum huic principio socialitatis, (cui ex se nullam vim juris, sed tale id esse dicunt, ut unusquisque ab his dictatis, ut vocant, rationis recedere possit, quandocunque velit,) dedisse vim legis, unde hoc factum Dei probant? Ubi Deus hoc revelavit? *Quia*, ajunt, *Deus gubernat genus humanum*. Inde verò contrarium sequitur, non, vim legis habere quod homines, qui gubernantur, ex usu socialitatis suæ statuunt; sed solum, quod ipse Gubernator decernit: non quod homines, quorum ratione juris naturæ, non nisi parendi vices sunt; sed tantum quod ipse cujus est imperium. Atque hinc in toto jure Naturæ non quæritur, vel spectatur, quid homines velint, cupiant, optent; sed unicè, quid Deus, Imperator, & Legislato, velit, jubeat, imperet. Non quid societas requirat; sed quid divina voluntas, etsi non pertineat ad societatem; imò etsi ejus rationibus repugnet. Unde & quod jus de ipsa societate quoque constituitur, non valet ex causa societatis, sed unicè ex jussu divino: ut jam diximus.

215. Hac porrò assertionem suam extinguunt illi discrimen inter jus naturæ & positivum. Nam &, quod civitas (seu ejus Moderator) constituit è re societatis suæ civilis, nullam habet vim juris vel legis nisi ex voluntate Dei, qui vult, ut summis hominum potestatibus, & quod ipsi pro bono & usu civitatis suæ constituunt, omnes pareant, atque aded id vim legis habeat; nec tamen id est jus naturæ, sed civile. Et pa-

M

muni

muni statuunt, non habet vim legis & juris nisi ex Dei voluntate, nec tamen est jus naturæ, sed jus Gentium positivum, seu secundarium. §. 2. de Jur. nat. Non est igitur jus naturæ quod homines volunt ex utilitate societatis suæ, adeoque cujus principium est socialitas, etsi à Deo vim legis habeat; sed merum jus positivum.

216. Et aliàs nullum esset verius & certius jus naturæ, quam ex principio Carneadis & Epicuri. Illi enim societatem formârunt tranquillam & stabilem, & intellectu humano convenientem; quippe omnibus bonis illis instructam, ad quæ appetenda aded natura fert homines, ut naturaliter iis delectentur, & voluptatem inde capiant. Quodsi igitur civitas ad has regulas Carneadis & Epicuri jus sibi constituat, eique accedat quod isti negant, sed Dn. Puff. adserit, scil. vim legis illud capere à Deo, hoc jus Carneadis & Epicuri foret certissimum Jus naturæ. Et constat ergo ex his omnibus abunde, socialitatem, etsi vim legis à Deo haberet, esse tantum principium juris positivi, quippe cujus fons & finis est bonum seu utilitas publica societatis; Juris Naturæ autem unice divinam voluntatem: Hæc jus Naturæ facit, etsi nulla sit societas; etsi res ad eam non pertineat; & licet pertineat, unice ex suæ voluntatis nō societatis principio.

217. Verùm, inquit Dn. Puffend. d. e. 3. §. 5. *Illud adhuc in obscuro manet, unde demum ista divina voluntas sit cognoscenda, & quo indicio constare possit hoc vel illud sub lege naturali Deum voluisse comprehensum.* Miror autem summopere, Viro summo non incidisse modos indicandæ voluntatis, quibus nihil notius aut vulgatius. Quid enim in toto jure tritius aut pervagatius, quàm voluntatem significari verbis vel factis, etiam in lege
feren-

ferenda? l. 32. §. 1. ff. de legib. Verba ex instituto significant, facta naturâ, & ante verba. Quod verbis revelatur, non ultra valet quàm revelatio pervenit; quod rebus & factis, seu operibus naturæ, universale est. §. 20. & seq. Et modus iste cùm naturâ notissimus, tum passim in sacris asertus & tritissimus est. Rom. I. v. 19. & seqq. Psalm. 19. v. 1. & seqq. &c. Atque hæc facta & opera Dei & naturæ aded abundè sufficiunt huic juri, ut, quæ voluntas his signis probari non potest, non sit ritè publicata toti generi humano; & ided nec illud obliget, nec jus naturæ faciat. *sup.* §. 18.

218. Sed & illud submiror non advertisse Illustrem Dn. Puffend. omnium minimè voluntatem divinam ex socialitate cognosci; & suum hoc principium multò magis hac difficultate premi, & penitus opprimi: Nam ex eo quod homines naturæ ductu feruntur ad appetendam societatem, vitiosissimè colligitur, Deum quidquid homines societati suæ convenire arbitrantur, & quidem id omne, & id solum, & nihil aliud, vim legis habere voluisse, & ided id esse principium juris naturæ adæquatum &c. Quin contrarium ex isto naturæ instinctu probatur, homines eo ad appetendum quid, ut suum bonum, ferri, non adstringi. Sed nec probata est ista Dei voluntas, sed divinita: nec eâ quoq; probatâ sequitur præceptum & obligatio; quia & ille vult qui permittit vel ducit ad aliquid; & vis legis quoq; est permittere: l. 7. ff. de legib. nec præcipit, qui hominem ad appetendū quid movet. Deniq; voluntas illa faceret saltem jus positivum, non naturæ, nedum principium ejus adæquatum; prout hæc & similia jam prolixè hæc demonstrata sunt.

219. Illud verò omnium deterrimum videtur, quod

quodd hac assertione sua compellunt Dei voluntatem intra modum & limites societatis, & intra id, quod ex illius usu esse homines statuunt. Cum enim quod societati convenit, & ideo vim legis, ut volunt, à Deo accepit, asserant esse principium Juris naturæ adæquatum & sufficiens, sequitur, nihil aliud, & nec plus minusve esse juris naturæ, aut Deum voluisse, & vim legis ab eo accepisse. Quod & ipsi ita contendunt, atq; sic compingunt voluntatem divinam intra societatis humanæ, & quod hominibus pro ejus utilitate placet, cancellos. Ita Juris naturæ modum ac fines, quos à divina voluntate accipere debebant, ipsi ei ponunt & præscribunt, legemq; non accipiunt, sed faciunt, ut ne excederet voluntas Dei terminos societatis humanæ. Quo & fieret, ut plurima ex principio divinæ voluntatis permissa ac bona, quin præclara & facienda, pro vetitis; & contra, plurima vetita pro permissis haberentur; quin horrendissima communi Gentium Judicio crimina impunè & inulta forent.

220. Quæ cum ita sint, eaque sensus communis doceat, incredibile visum mihi fuit, Viros tam celebres loqui vel egisse de principio Juris Naturæ, & ei omnem Juris obligationem detrahere; quin omne jus & vim Juris ac legis derogare voluisse: quod idem prorsus esset, ac soli lumen denegare. Nec id me fefellisse videtur. Ex iis enim quæ tradunt, manifestissimum est, Eos de alia re, & de alio principio quàm Juris Naturæ, quærere. Quod, puto, evidentissimum fiet, perpenso, duas diversas & distinctas esse res & quæstiones: *Alteram*, quis scopus & finis populis & civitatibus sit propositus? de quo Cicero ex Platone

tone ait : *Uti gubernatori navis cursus secundus ; Medico salus ; Imperatori victoria ; ita Moderatori reip. beata civium vita proposita est.* Alteram autem, quodnam sit principium juris naturæ, quo omnes homines & Gentes obligantur, licet motibus & instinctibus naturæ, aut rationibus societatis non conveniat, sed è contrario iis adverfetur. Prius respexerunt Grotius, Dn. Puffendorf. & ex iis D. Culp. alique ipsorum sectatores : idque patet cum ex aliis, tum imprimis ex loco Dn. Puffend. *sup. §. 209.* exhibito : quippe qui tractant de utilitate hominum, in societatem civilem, ad quam naturæ ductu & impulsu feruntur, coëuntium : quorū scopus est, ut in societate seu vita sociali, utilitatibus & bonis istis, ad quæ appetenda ipsi naturâ ducuntur, tranquillè & secure frui possint. Isthæc verò tractatio non spectat ad Jus naturæ, sed ad Politicam, & hujus, non illius, objectum est : quemadmodum quoque de eo tractant Aristoteles *in libris Politicorū* Plato & Cicero, & alii plurimi, *libris de republ. & Moderatorem reip. instruunt.* Hujus Politices principium, norma, & scopus est utilitas publica, salus populi, beata civium vita, seu decantata illa *ὁδὸς ἀγαθή.* *sup. §. 8.* Et quid aliud est Grotiana illa custodia societatis tranquillæ ?

221. Confundunt igitur distinctissimas disciplinas, Politices & Juris naturæ ; & utriusque principia. Illa tractat, quid ad felicitatem & salutem civium spectet, ut beatè & ex voto suo vivere possint : hæc è contrario, ad quid illi inviti quoque obligentur, etsi nec ex voto, nec ex re sua videatur, sed utrique adverfetur. Illa in quid naturæ pulsus eos fe-

M. 3

rat.;

rat ; hæc, quid illos cohibeat & legibus alliget ? Ita quod Politices principium est, illi pro principio Juris naturæ acceperunt, & hinc in ista avia seducti sunt.

222. Hic verò perpendi jam velim, quàm miserrima usque ab hoc principio Grotiano fuerit Juris Naturæ facies, & status ejus deploratus : quàm in hoc motuum humanæ naturæ pelago laboret ac fluetet cùm res, tum fides humana : & maximè quàm in lubrico hæreat summorum Magistratum & imperiorum autoritas ? Unde enim est illud Majestatis numen, illud sacrosanctū Juris & fidei humanæ vinculum, quo subditi summis suis Magistratibus obligantur ? quo invicem homines, populi, gentes, quo Reges ac Principes ? Quid afferunt ? Grotius *S. 15. Prob.* ait : *Qui se cœtui aggregarunt, vel subjecerunt, hi promiserunt expresse vel tacite, se secuturos quod major pars aut superior constituisent.* Unde ergo iis obligantur ? *Necessarius*, inquit, *erat inter homines aliquis obligandi modus.* Dn. Puffend. verò *d. S. 20.* ait : *Neminem inde obligari, sed Deum vim legis dare.*

223. Igitur quicquid est sacri, quicquid divini humanique juris, suspendunt à libitu & arbitrio singulorum ; fingunt eos promississe, quod non promissere : hærent in effectu obligationis ; & alter saltem ait, *modum aliquem obligationis necessarium esse*, unde nihil ad speciem infertur, nec ad rem facit : Alter negat obligationem, & *Deum vim legis dare*, ait, nec ullâ re probat : *sup. S. 213. & seqq.* Atque hæc scil. sunt fulcra summorum in terris potestatum, Imperiorum, & fidei ac felicitatis humani generis, quæ inde tota pendet.

224. Cau-

224. **Causa vero ita deerrandi à lineâ in ipso limite & principio Juris naturæ, præcipue fuit; quod non ritè distinxerint virtutes à Jure naturæ; seu Politicâ, (sicuti nec Ethicam) à Jurisprudentiâ. In illâ enim agitur de bono illo civitatis & civium, quo omnium felicitas, ut dictum, continetur, ad quam appetendam natura fert & movet homines. In hac autem de vinculo & freno, quod vinculum est obligatio, quo motus illi effrenes intra regiones Juris seu legis coguntur. Unde intelligitur, quo errore Illi principiû hoc motuû, qui ad societatem, ejusq; bonum comûne, quod Politica prudentia respicit, tendunt, in Jurisprudentiâ migraverint, quæ vinculum illud obligationis, quod motus isti detrectant, ipsis injicit. Igitur, Illi, ut sæpius jam dictum, agunt de bono, quod homines naturâ cupiunt, & ad illud appetendum naturâ moventur; Jus, de causis, quibus cupiditas ac motus isti coërcentur & legibus subiguntur. Illi, de eorum calcari: Jus, de freno. Atque ita principium suum sic irretitum expedire non possunt.**

225. **Atque hoc vitium, quo Grotius obfusca- vit & obsepsit quasi lumen Juris naturæ, offendit quo- que Vir multijugâ eruditione Celeberrimus, Dn. Chri- stianus Thomasius, R. M. Bor. Consiliarius intimus, suæque Facultatis ordinarius, & Antec. primarius, & justum ac honestum, quæ Isti confundunt, disertè discrevit. Ut aded Ille demum, & qui ex ipsius scho- la prodierunt, Viri hodieque celebratissimi, Jus na- turæ, reliqui Ethicam vel politicam tractasse videan- tur. Mirumque, quàm vulgata & protrita nonnulli ex illarum rudimentis excerpta pro jure naturæ ven- ditent;**

ditent; & jam vix quisquam sit, quin sibi videatur posse jus aliquod Naturæ *νατῆρας*. Quod tamen aded in neminis præjudicium dictum volo, ut è contrario quamlibet studii hujus juvandi voluntatem & conatum exosculer.

226. Quid igitur superest, quàm, quod maxime in votis habeo, ut Jus Naturæ, quod à summo ac æterno Legislatore ortum suum habet, suo præpotenti Autori vindicetur, & unicè ex hoc perenni ac limpidissimo fonte profluens, cœlestibus suis natalibus, atque aded justitia germanæ suæ divinitati, ac denique sibi restituatur. Quemadmodum nec unquam inter gentes ante Grotium de eo dubitatum fuit: & cùm Jcti Romani ab hoc capite jus omne duxerunt, atque ad hanc amussim Jurisprudentiam suam expresserunt; tum Divi Impp. Gentiles ac Christiani, constitutionibus suis feliciter secuti sunt: tanto utrique successu, ut Juris Romani autoritas non Imperii finibus circumscripta, sed per omnem Gentium memoriam disseminata, ac tot retro sæculis jam commune quoddam Jus gentium, & commune humani generis vinculum fuerit: uti præclarè demonstravit Arturus Duck. Jctus Anglus, integro tractatu doctissimo, *de usu & Autor. Jur. Rom. &c.*

227. Quò magis in spem maximam adducor, me omnes, & maxime summos Justitiæ Proceres, Antistites, cordatosque Jctos his conatibus faventes habiturum; hos quoque in primis adjutores. Rimemur ergo junctis animis ac studiis opera Dei, seu rerum naturam, & ex horum lumine divinam voluntatem. Dabit illa se inde manifestam, atque ab hoc operum
suorum

suorum Sole fundet & sparget lucem illam, quæ non clarè tantùm & planè intelligi possit, sed & promptè & facillè Quod puto experientur, quibus lubuerit experiri *discipulas Phœnidas suas.*

228. Quis verò fructus? Quod operæ precium? Primò, Ut hominibus appareat jus illud omnibus commune; universale illud humani generis vinculum, quod omnes homines, omnesque gentes & populos, invicem sempiterno & insolubili fœdere & copulat & conciliat, ejusque divina origo. Deinde ut isthoc genuini Juris naturæ Numen omnes observent & admirentur, quod cultoribus suis est fons & causa omnis utriusque vitæ felicitatis; adversantibus certissima perniciēs: ut latè demonstramus *in tract. de Auton. Jur. Gent. cap. 20. per tot.* Deniq; hoc exacto unâ parebit non tantùm incredibilis illa Juris Romani, ad instar Mathematicarum scientiarum, connexio, sed & admiranda ejus cum Jure naturæ & Gentium consonantia: ut alia mittam.

229. Id inprimis itaque agendum, ne divinum hoc principium admixtione utilitatum & rerum humi repentium, quin partim pollutarum, dehonestetur & profanetur: atque adeò multò potiore ratione nunc eveniat, quod Cicero Theophrasto, Platonis, (qui principium beatæ vitæ in sola virtute posuerat) auditori impingit: quod *negando, in ea sola positum esse beatè vivere, fregerit quodammodo veteris disciplinæ auctoritatem, spoliaverit virtutem suo decore, imbecillamque reddiderit. lib. 1. Acad. quæst. cap. 9. Et mox, cap. 10. Quod nervos virtutis incidere &c.* Nihil tamen præscriptum volo; sed rem omnem judicio & æquanimitati cujusque

N

que

que officiosè, peramanter, observantissimèqve committo atque commendo.

Ad S. 9. Culpis.

230. Meritò laudat D. Culp. Illustres Viros, Grotium, & Strauchium, quorum nomen omnibus elogiis majus, atque hoc Grotii opus omni eruditionis genere ad stuporem usque refertum esse, nemo non agnoscit, ac meritò beatos tanti viri manes & memoriam omni pietate veneramur. Constat verò, ipsum rebus maximè Theologicis & Philologicis deditum, iisque tandem immortuum; Jus autem ipsi magis *πάρεργον* fuisse. Equidem ex iis, quæ ille ad *lib. 2. cap. 2. S. 3. & seqq. S. 11. & seqq. S. 18. & seqq. Item ad cap. 3. pass. It. ad cap. 5. pass. It. ad cap. 8. per tot. It. ad cap. 10. cap. 11. & cap. 12. It. ad cap. 20. &c.* ex Jure Romano affert, & suis locis excutiemus, judicium fieri poterit, quousq; in Juris Romani recessus & Jctorum rationes penetrâsse, aut mentem eorum affectus fuisse videatur.

231. Cæterùm, quod in his libris Ille tractat, exigua tantùm Juris Gentium portio est. Nec verò ipsi animum fuisse Jus Gentium scribere, sed tantùm, quæ ad materiam belli & pacis pertinent, & portio Juris publici sunt, evolvere, innuit ipse in *Proleg. S. 28. 29. 31. & seqq. usque ad S. 39. It. l. 1. c. 1. S. 1. & 2.* & ex inscriptione totius operis patet. Et majus equidem opus restat, quod requirit non solum ut Jus Gentium ita sibi constet, ut omnes controversiæ, publicæ & privatæ, inde ritè decidi queant; sed & demonstrationes eorū, quæ ad moralium disciplinam, sine qua Jus Gentium perfici, & plenariè absolvi non potest, spectant.

32. II-

23^o. Illustris porro Strauchius, Jctus nonquam satis laudandus, opus hoc Grotii, & meritò, commendat; principii verò, cujus nullus ferè in ipso quoque Grotii opere usus est, non meminit. Quid de eo aliàs senserit, nescio. Id tamen testari possum, cum vir summus ante hos 40, & ampliùs, annos Jehnà Giessam migrasset, literis inde ad me, tunc ætate juvenem, Heidelbergam datis, occasione causæ, de qua uterq; consulebamur, & probavit sententiam nostram, atque ut conatus hos exequerer, autor mihi & hortator fuit: eodem ferè tempore, quo Dn Culpisium Argentorato Giessam cum adolescente, cujus Ephorus tum erat, tendentem, & Heidelbergæ paucos dies morantem, auditorem habui. Jam dudum tum, & antè quàm Ill. Dn. Puffend. opus suum de Jure Gent. edidisset, ex solo principio divinæ voluntatis adstruxeram & publicè docueram jus Gentium, nec ex illius Viri libris tum editis apparuit ista ipsius sententia, socialitatem esse principium juris sufficiens, adæquatum, & tamen ita invalidum, ut vim legis demum acceperit à Deo, sublimiore principio. *sup. §. 209.* Ut aded, agnito quoq; hoc divinæ voluntatis principio, illud tamen ad suum sensum torquere, & duas res insociabiles in unius principii frontè conjungere, quàm suum, quod adamaverunt, (ut Cic. *l. 4. Acad. quest. c. 3.* loquitur) deserere maluerint.

CONCLUSIO.

Etsi autem theses scribere, & lineas saltem Juris Gentium ducere institui; tamen de primo & vero ejus principio latius agendum fuit: Verùm non modò excrevit præter opinionem discursus, sed & repetitioni-

tionum tædiis molestior videbitur. Quæ res ideo accidit, quia inter prælectiones ipsas & operas typographicas festinatum opus, & singulæ paginæ, prout conscriptæ, ita illico ad Typographum missæ fuere. Unde, cum D. Culp. subinde ad Dn. Puff. magna adseveratione & jactatione provocaret, & ille ideo evolvendus esset, nova semper occasio, causa, quin necessitas, suborta fuit, illa pleniùs examinandi & nova dubia tollendi, etsi antè jam mentio eorum facta fuerit. Quanquam nec dissimulo, crebris interruptionibus factum, ut non semper inciderint omnia quæ jam præcesserant, nec omnia semper relegere otium fuerit. Quæ proinde benevolos Lectores boni consulturos esse spero; idque adhuc monendum præterea *ad §. 19. sup.* addendum duxi quod sequitur.

Additio ad §. 19. sup.

Facto insunt, ipse actus: ejus essentia, forma, natura: qualitates & circumstantiæ: finis: media: in operibus Dei summa perfectio; & quæ inde sequuntur: juxta *posit. 4. ad Grot.*

ERRATA.

Inter menda Typogr. hac maxime notari velim, quæ fortè animadversa sunt.

Pag. 5. §. 29. in fin. post verba, *Aliàs verò add. si cesset communis utilitas.*

Pag. 6. lin. antep. pro *ἐκαστοῦ ἑκάστην* leg. *ἐκαστοῦ ἑκάστην.*

Pag. 18. §. 68. in fin. ita leg. *Vid. §. 186. & seqq. inf.*

§. 69. omiſſa est hæc inscriptio. *Ad §. 4. 5. 6.*

Pag. 36. lin. 4. pro *captiosas* leg. *captiosos.*

Pag. 58. §. 152. lin. 6. pro *Legistatøre* leg. *Legistatøre.*

§. 153. lin. 5. pro *suorumq;* leg. *suorumq;.*

Pag. 72. lin. 3. pro *legal* 2. leg. *legat* 3.

Pag. 95. lin. ult. pro *illarum* leg. *harum.*

POSITIONES

Pauculae & generalissimae

loco quasi

Postulatorum

EXPLICATIONI


JURIS GENTIUM

&

Prælectionibus Grotianis

præmissæ.

Nova editio, revisa & aucta.



FRANCOFURTI ad VIADRUM.

Apud JOH. GODOFREDUM CONRADI, 1749.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

Department of Chemistry
Chicago, Illinois

RECEIVED

January 15, 1954

Dr. J. H. Drenth

Department of Chemistry



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
Department of Chemistry

Omnis de jure quæstio eò refertur, quid *licitum* sit? Id enim *jus* dicimus. Homines autem potentiis agendi à Natura instructi, licitè agunt, vel omittunt, quicquid possunt; donec aliquis, qui prohibere rectè potest, prohibeat aliquid agi vel omitti: quo illud tum *illicitum* fit, & *injustum* dicitur.

II.

In qua proinde quæstione duo distincta sunt:

1. *Facultas* illa naturalis agendi, quæ, quatenus non apparet rite prohibita vel restricta, est facultas legitima, & idem, quod vulgò dicitur, *jus concessivum*.
2. *Prohibitio* ejus, qui jure prohibere & terminos facultati huic ponere potest, quod vulgò dicitur, *jus præceptivum*.

Ex illa *libertas*; ex hac *necessitas* agendi vel non agendi, seu obligatio, nascitur. *Conf. l. 4. pr. ff. de Stat. hom.* Utraque species continetur in *l. 7. ff. de Legib. l. 237. ff. de V. S. c. 4. dist. 3.*

III.

Jus hoc prohibendi competit soli rerum Creatori, & cui is concessum id voluit.

[*Add.* Hæc itaque voluntas Creatoris unica norma est justi & injusti, quatenus voluit. Un-

de hæc ipsa voluntas potest esse fons seu causa
cùm juris universalis omnium hominum; tum
particularis & certi populi, prout voluit: Uti vo-
luntas Principis est causa cùm juris civilis com-
munis; tum singularis, seu privilegii. §. 6. de Jur.
natur. ibi: *quoniam non hoc Princeps vult.*]

IV.

Voluntas autem prohibendi vel permitten-
di, ut quælibet alia, ostenditur, vel ex verbis, vel
ex rebus seu factis: Uti

1. Ex motibus & instinctibus intrinsicis in ho-
mine à natura conditis.

[*Add. Notabiliter dicitur, à natura conditis.*

Alii scil. motus sunt in homine, qui à
Natura orti; alii, qui à corruptione: illi ex
facto Creatoris sunt; hi ex vitio hominis.

Qui proinde sedulò ab invicem distingui
debent, ac discerni solidè possunt, cum
aliis Naturæ regulis, tum maximè ipsis
modis sequentibus.]

2. Ex actibus Creatoris; ipsâque ad eò rerum
ab eo creatarum substantiâ, naturâ, facul-
tatibus, qualitate, aliisque circumstantiis.

3. Ex actionum fine necessario vel probabili,
qui est ipsa intentio ac voluntas agentis,
necessaria vel probabilis.

4. Ex medii necessitate; quia constituto jure
etiam

etiam medium illud constitutum intelligitur, quod unicum & necessarium est ad jus illud obtinendum.

5. Ex natura ipsius sanctissimi Creatoris, qui uti est perfectissimus, ita ipsius voluntas omnis perfectionis unica & certissima norma: quò & pertinet, quòd nihil frustra fecisse intelligitur.

[*Add.* Non quòd quicquid ex perfectione Creatoris sequitur, jus sit: sed quòd, si per suam. Ipse perfectionem aliter velle non potuit, id voluisse appareat: uti, quòd nihil frustra facere voluit &c.]

V.

Hinc à natura concessa & constituta sunt,

1. Cuique homini jus in suas actiones, earumque commoda: nullum in alterius.
2. Humano generi jus plenum in hanc terram, ejusque res, fructus, feras &c. quin & in homines ipsos: singulis verò æquale jus occupandi id quod nullius est.
3. Jus conservandi, non perdendi, suum vel aliorum corpus vitamque.
4. Societas *communis* inter homines, & quæ inde in singulos derivantur jura.
5. Societas *domestica*, & quæ pariter inde jura

ad singula membra permanant; suis quæque locis tradenda.

VI.

Intra hos concessæ cuique facultatis fines si quis disponit, regula est: *Prout quisque disponit, ita jus est.* Dispositio autem est voluntatis declaratio, quid fieri, vel non fieri, quis velit.

[*Add.* Variæ sunt enunciationum seu orationum species, narrationes, laudationes, vituperationes, jocationes, &c. quæ dispositionem non faciunt.]

VII.

Sin ultra hos fines quid habet vel agit, injuria est: ex qua est obligatio ad eam reparandam; sive quid habeat, sive quid egerit ultra hos fines. Reparatio ea fit, cum vel id, quod ablatum est, vel, si id non potest, tantundem restituitur.

VIII.

Ex dispositione, quæ fit inter plures *de re* commutanda, jus inde in rem ipsam competit, prout placuit; si *de facto*, in personam.

[*Add.* Utilius autem est, utrobique ex dispositionibus jus in personam constitui, quod proinde inter gentes regulariter receptum est.]

IX. Fa-

IX.

Facultas ista disponendi tollitur morte, & res hoc jure iterum cedunt occupanti: nec ex isthoc jure primævo est illa testandi ratio, quæ inter gentes obtinet.

X.

At in locum juris occupandi, rebus propè occupatis, surrogatur natura successio liberorum in bona à parentibus præmortuis relicta.

XI.

Hæc tamen nihil derogat liberrimæ parentum dispositioni inter vivos. At introducto inter gentes testamentorum usu, tota successio per testamenta auferri liberis requirit.

XII.

Delicta & poenæ materiâ conveniunt, & utraque in privatione jurium nostrorum consistunt, At differunt causâ: In delictis privatio hæc fit injustè ab eo, qui privandi jus non habet: in poenis, justè à judice, qui tale jus habet ad emendandos homines.

XIII. Ad

XIII.

Ad hæc jura regenda, & contra invitos exequenda, necessaria est in terris potestas, quæ non alia esse potest, quàm generis humani : quod per territoria & partes terrarum in plures civitates divisum est.


XIV.

Jus hujus potestatis in proprium territorium ejusque membra, *Imperium* dicitur ; in extraneos, *Bellum* est.

XV.

A Jure longè differt virtutis notio. Illo alteri, quod ipsius est tribuimus ; hæc, quod nostrum est, vel perficimus, vel in alium conferimus.

S. D. G.



EXERCITATIO II.
Ad Lib. 1. Hug. Grotii.

Ad Cap. 1.

I.

JUS dicitur & de *arte* Juris, & de ejus objecto, *Justitiâ*. A *justitiâ* Juris *ars*, non *juris nomen*; sed contrâ, ab hoc *Justitia* appellatur.

2. In definitione *artis*, seu *Jurisprudentiæ*, exhibitâ *S. I. de J. & J.* prior pars est descriptio generis, quod est *Sapientia*; *Cic. de Fin. lib. 2. cap. 12. l. 1. S. 5. ff. de Extr. cogn. sive scientia, ars, prudentia*; estq; omnibus scientiis commune, ex sensu & usu maximè Stoicorum. Atque ita illa definitio, ipso quoque vocum significato, prorsus eadem est ac altera Ulpiani in *l. 1. pr. ff. de J. & J.*

3. *Jus*, seu *justum*, est quod licitum, sive non prohibitum ab eo est, cujus est legitima prohibendi potestas: quæ cujus sit, *vid. S. 9.* Unde *justum* & *licitum* paria sunt; quin unum idemque.

4. Aliud verò est, quod *licet* seu *justum* est: aliud, quod *debet* seu *honestum* est. Illud est objectum *Juris*; hoc, *Ethices*. Voces tamen *justi* ac *honesti* generalius quoque & promiscuè accipi solent, ut se mutuo complectantur.

5. *Jus* est vel *permisivum* vel *præceptivum*: Illud, quo *facultas* agendi quod lubet à *Natura* data est, nec lege

○

lege prohibita. *Hoc, præceptum legis, quo facultas à natura data quasi ligatur vel adstringitur necessitate aliquid agendi, vel non agendi.*

6. *Ex illo itaque quod jus nascitur, est facultas legitima, seu licita. (Grotio morali, agendi quod lubet. Ex hoc, Juris vinculum, seu agendi vel non agendi necessitas; id est, obligatio.*

7. *Omnes facultates naturales homo, omnisque creatura, ab alio, & unicè à Creatore suo habet; nullam à se, vel ab aliâ creaturâ: Conf. 1. Cor. 4. v. 7.*

8. *Facultates has Natura omnia animantia docuit: easque illa in se nōrunt ac sentiunt. Atque istæ adeo facultates sunt pars illa juris Naturæ, quæ & brutis cōmunis dicitur. Non, quodd in brutis sit umbra rationis, (ut errat Grotius h. c. l. §. 11. in fin.) vel ulla Juris, (ut Os. ad d. §. 11. Obs. 1. Jctis malè imputat) sed unicè harum facultatum, quæ in homine partem Juris Naturæ faciunt, cōmunio. Rectè igitur dici potest, hoc jus naturæ materiâ esse commune brutis; formâ Juris non item. Quod Imp. perspicuo exemplo conjunctionis maris & fœminæ illustrat; quæ est facultas naturæ omnibus animalibus communis; at sub forma juris, quam NOS matrimonium dicimus, (& unde sunt juris effectus & legis obligatio &c.) NOBIS propria. princ. de jur. nat. gent.*

9. *Certa ergo & perpetua primùm regula erit: Facultates naturales usque eò intelligi Naturâ concessas ac permisas, dum appareat legitima prohibitio.*

10. *Talis legitima prohibitio nullius esse potest, quàm cujus fuit concessio: solius scil. Creatoris: in cujus opus nullum ulli creaturæ jus est vel ulla potestas*

estas ; nisi si cui aliqua ab eodem Creatore concessa fuerit. Hujus enim factum & opus sunt istæ facultates, earumque concessio : quâ ipse suum cuique dedit, & quid suum cujusque esse voluerit, definivit ; atque hos cuiquesui Juris fines ac terminos fixit ; quos proinde movere, absque ipsius permisso, nulli creaturæ fas est.

11. Igitur, quatenus à natura concessa est sua cuique facultas, eatenus id suum cujusque est, seu jus ac justum. Hunc ergo, ut coepimus, *statum Juris* dicemus, quem Creator voluit & constituit. Econtrariò, cùm hi fines ac limites, facultatibus nostris à Natura positi, immutantur, seu, cùm quis plus minusve suo habet, moti sunt naturæ, & juris ab ea concessi, fines, & violati divinæ voluntatis & concessionis termini ; quod injustum seu injuria est, nobisque aded dicitur *status injurie*.

12. Hinc duo maxime sequuntur ; I. Licet insit homini naturalis aliquid agendi facultas, si tamen illud agi jure Naturæ vetitum est, perinde id fit impossibile, & desinit esse agendi facultas ac si planè à natura illa concessa non esset ; quia facultas, quæ ita datur, ut certis finibus circumscripta sit, ultra hos fines non est data ac permessa ; & aded nullâ facultas. Nam nec ullam homo à se habet, nec ullam ab aliâ creaturâ ; *per §.7.* & quæ à Creatore ad certum modum concessa, ultra eum negata & vetita, & perinde est ac si planè concessa non esset. *Conf. L. 31 §. 4. ff. Neg. gest. & l. 15. ff. de Cond. inst.* Unde rectè aliud *natura*, aliud *jure impossibile* dicitur.

13. II. Hinc ergo excessus & transitus his finibus

bus, atque ita jure in injuriam verso, sequitur immota necessitas reparandi injuriam, & restituendi in statum Juris; quæ est obligatio: fluitq; ex duplici causa: (1.) Quia creatura tenetur parere voluntati Creatoris ut domini sui absolutissimi, in cujus plenissima potestate homo totus est, à quo omnia, & aliunde nihil, nullamque aded potestatem ultra concessos fines agendi habet, nec superest nisi parendi necessitas.

14. (2) Quia, qui transit hanc divinæ voluntatis & concessionis lineam, quæ suum cujusque describit, is spernit illam, & lædit hoc factò Deum Autorem, perrumpendo fines ab ipso statutos. Estque aded iste excessus juris, seu status injuriæ, defectio Creaturæ à Creatore suo; servi, à summo suo & rerum omnium domino; hominis, à summo bono & fonte omnis felicitatis humanæ. Quin deficit homo à seipso & à suâ naturâ, quam, cum divina illa sit, atque à divina origine, Deo & Autori suo rebellem facit. Non potest igitur hoc excessu non offendi gravissimè summus Legislator, atque in vindictam exardescere. Naturâ enim quod est summè perfectum, idem est & summè colendum; nec aded Deus magis nolle potest coli, quàm esse summè bonus & perfectus; nec magis permittere, sibi non pareri, quàm rerum arbitrium ac dominium, aut totius naturæ clavum abjicere. Denique cum malum sit, quicquid ab ejus voluntate summè bona desciscit, non potest Deus, qui malum ferre nequit, non exardescere & irasci Numen suum violanti.

15. Hinc in proclivi est intelligere, cum quæ sit ex jure naturæ obligatio, tum quanta ejus vis, quam

quantique illa momenti & præjudicii sit. Prius scilicet per §. 13. alterum, per §. 14.

16. Sunt igitur duo potissimum capita, & velut duo præcipue cardines, in quibus omne Jus Naturæ vertitur. (I.) Quid Deus, seu Natura, cum hominibus communiter, tum singulis concesserit, eo que suum cuiusque esse voluerit? quem *statum Juris* diximus. (II.) Si hi voluntatis & concessionis divinæ termini, atque iste juris status quocunque hominis facto immutatus ita fuerit, ut quidam plus minusve suo habeant, quæ tum Juris redintegrandi, injuriæque reparandæ, necessitas & obligatio, ut hic status injuriæ, quem vocamus, reducatur ad statum Juris? Ita ergo utrumque hunc statum, planioris demonstrationis, & clarioris interpretationis gratiâ discernere & appellare, ubi re talis est, licebit. Cui (III.) accedit, in præsentem maxime hominum conditione, tertius, & quasi medius status, Juris inter plures controversi, ac in facto dubii; seu litium aut judiciorum: quia, etsi jus certum sit, factorum tamen infinita est variatio. (*conf. l. 2. ff. de Jur. & fact. ign.*) Cum igitur has lites tolli necesse sit, quod, si inter partes non conveniat, fieri nequit, nisi jus cognitum ac decisum fuerit, docendum quoque est, quâ ratione ex lege naturæ & voluntatis divinæ, id effici, & quid tantisper, dum de eo disceptatur, & neque jus, neque injuria apparet, fieri oporteat.

17. Obligatione ita constitutâ, quâ homines tenentur fines Juris Naturæ, seu divinæ voluntatis & concessionis sanctè & inviolatè custodire, nec naturæ suæ motus ac lubricitates sequendo, eos egredi, (*sup.*

§. 14. sequitur porro necessariam esse in terris potestatem, quæ sacros juris hos fines in triplici isto statu regat ac tueatur: atque adeo Deum, qui per summam suam sanctitatem id quod voluit, & quod proinde optimum & sanctissimum est, non potest non inviolatum velle, *per Pos. 4. n. 5.* nec posse non velle potestatem, sine qua id obtineri & effici non potest. *per Pos. 4. n. 4.*

18. Hæc causa plura complectitur, quæ Deus inter homines fieri, adeoque & necessario in terris potestatem esse voluit, sine quâ explicari ea nõ possunt. *d. pos. 4. n. 4.* Enim verò Deus, Creator, hominem ratione (particulâ Sui) præditum ita condidit, ut quasi mutuo fœdere sibi, Autori suo, pareret, & vicissim feliciter viveret, *Conf. Deut. 10. v. 13. 9. c. 5. v. 16.* aliàs, ut perduellis & hostis, excindendus. *Conf. Deut. 27. 28. per tot. Gal. 3. v. 10.* Qua in re cum sacris conveniunt Gentium judicia. *Vid. Auton. Jur. Gent. cap. 20. §. 18. 19.* Hæc lex & conditio creati hominis nulla sui parte vim atque effectum in terris sortiri potest, nisi sit legitima ejus dispensandæ, tuendæ & exequendæ potestas, eademq; adeo & finis & medii necessarii voluntas.

19. Sine tali enim potestate superiore, quæ vim statuendi, imperandi & coërcendi habeat, nec (1.) ulla in terris esset necessitas parendi legibus seu voluntati divinæ, nullaq; in invitos & contumaces executio, & sic frustra omnis ex jure naturæ obligatio. *Conf. l. 2. §. 3. ff. de Orig. Jur.* Nec (2.) partibus de jure suo contententibus, ullum esset judicium ac decisio, cum naturâ nemo judex in sua causa esse possit: unde sine ea nullus litiû inter homines ferventiû foret finis, nullaq;
Juris

Juris ac justitiæ in his causis administratio aut reparatio : Nec (3) Pacis, felicitatisque, seu salutis illius, quæ suprema lex populorum dicitur, tutela vel securitas, aut ex regula divinæ voluntatis procuratio. Nec denique (4) possent ullæ civitates tandem ab interitu defendi : quoniam tam inter Gentes, quàm in sacris decantatum est illud :

Nititur in vetitum semper, cupimusq; negata.

Ovid. lib. 3. Metam. 4. & lib. 1. de Rem. am. in princ. Liv. lib. 21. c. 22. Tac. 1. Hist. 17. & 2. Hist. 96. Sc. Rom. 7. v. 7. 8. 11. & 2. Cor. 15. v. 56. Deus verò Juris & voluntatis suæ sanctissimæ vindex est acerrimus; nec per ipsam sanctitatem suam aliter velle potest. §. 17. *sup.* Nisi igitur sit potestas, quæ hunc cupiditatum humanarum impetum compescat, non potest non accendi læsi Numinis indignatio, nec, ubi maturuit, arceri illud divinæ vindictæ incendium, quo tot gentes civitatesq; beatissimas ob injustitiam conflagrâsse omnium Gentium sacri profanique Annales docent.

20. Nulla igitur evidentior demonstratio est, quàm hanc potestatem esse à Deo ac Natura, *Conf. Rom. 13. v. 1. & seqq.* & Deum inter homines illam sanctitatem voluisse : quippe quæ nihil aliud est, quàm ipsa potestas exequendæ & tuendæ divinæ voluntatis suæ, quam proinde non minùs quàm ipsam quasi voluntatem suam velle potest. Neque verò re & effectus quisquam vult, quod exequi & tueri, cùm possit, non vult.

21. Hæc potestas exequendæ voluntatis divinæ seu juris Naturæ, non exercetur nisi vice ipsius Dei, quippe cujus divinam voluntatem, seu jus Naturæ, illa

illa in terris exequitur : quæ tota causa Dei est. Totum enim Dei negotium est, quod geritur, cum de ejus voluntate exequenda, seu de jure naturæ tuendo, agitur. Ille, ut legis hujus lator ac jussor, ita hujus potestatis autor & mandator est; quam vel ipse per se, vel in terris vice sua per alios expedit, quibus ipse eam quasi delegavit. Eâ ergo nihil divinius in terris secundum Deum fingi potest : imò ipsius Dei est ista potestas, Dei voluntas, Dei res, Dei jus, quod sua causâ ille condidit; uti jus positivum, Gentium ac civile, ipse hominum causâ hominibus condere permisit. Hoc jure hætenus res humana; illo, divina peragitur.

22. Isthæc potestas in terris propriè *imperium ac magistratus* dicitur: l. 215. ff. de Verb. sign. eaque aded genuina ejus est appellatio; atque hic intelligitur summa, quæ Vicario quodam Dei nomine, &, ut formula habet, *Dei gratiâ*, exercetur.

23. Grotius quidem *dominium eminens* vocat; nec de nomine litigamus, si de sensu conveniat. At certum est, non nisi impropriè & abusivè ita dici, quod maximum in demonstranda scientia vitium est, quia ex vocis proprio significato quasi insensibiliter inferuntur conclusiones falsissimæ, & aberratur in infinitum: præsertim, cum in proprio sensu nomina invicem directò pugnant, uti hic, duabus maximè rebus: Nam (1.) dominium est domini causâ; imperium, populi ac civitatis. (2) Dominus abuti re sua potest, eoque nemini injuriam facit: l. 21. C. Mandat. quod pugnat cum sacrosanctis Imperii rationibus ac finibus. Specimen ipse Grotius lib. 2. cap. 6. & 7. dedit in regnis, de quorum ipse proprietate, usufructu, patri-

patrimonio disputat, & profana hæc privati Juris nomina rei sanctissimæ, non significandæ, sed corruppendæ, pessimo abusu adjungit: ut istis locis videbimus. Unde nihil refert, ipse primus abusus hujus appellationis sit auctor, an alius. Nec ad rem facit prolixa illa & verbosa dissertatio Bœcleri *de Dominio eminente, ad Grot. l. 1. c. 1.*

24. Cui verò jam concessa est in terris hæc summi imperii potestas? Et cui alii, quàm humani generis corpori, *Posit. 13.* cui omnis à Deo & natura in hanc terram, & quæ eâ continentur, facultas data est. *Posit. 5.* (de quâ pluribus *Exerc. 3.*) Etenim, cum demonstratum jam sit, Deum voluisse talem potestatem voluntatis suæ in terris executricem esse, sequitur, eam concessam esse vel potentiis, quæ sunt extra terram, ut spiritibus; vel hominibus. Non illis: quia agitur de imperio, quod in terris exercetur inter homines, quodq; nec iis concessum ullâ re apparet, nec convenit conditioni ac naturæ hominum, quos planè imperium & imperantem audire, intelligere, ac cognoscere, & unâ conversari oporteret: qualem consuetudinē inter spiritus & homines nec natura amborū patitur. Reliquum ergo est, ut hominibus. Non verò uni hominū, vel pluribus, in reliquos: quia naturâ omnes pares sunt, nec fecit Natura discrimen aut indicium, quo dignosci ille, vel illi, à cæteris, & cui, vel quibus, imperium hoc concessum sit, constare possit; cum omnes æquè infantes, & sine rationis, nedum imperii, usu nascantur, & Natura facultatem cuique in suas tantum, non alterius actiones dederit. *Posit. 5. n. 2.* Superest igitur, ut omnibus, seu toti hominum corpori in singulos datum sit.

P

25. Hoc

25. Hoc imperium, aucto humano genere, & per universum terrarum orbem disperso, non potest expediri ab uno corpore: sed necesse fuit dividi illud in plura hominum, civitatum, seu populorum corpora & quasi collegia *Posit. 4. n. 4.*

26. Hæc partitio per naturam fieri non potuit hominum vel capitum numero, qui singulis momentis nativitate, morte, migrationibus, mutatur; sed finibus terrarum. *d. posit. 4. n. 4.*

27. Eâ partitione unicuique corpori, seu civitati, vel populo intra hos terrarum suarum fines eadem potestas competit in omnes, & omnia his finibus comprehensa, quæ ante divisionem totius humano generi in omnes homines & res totius terrarum orbis: quia hac partitione nulla mutatio facta fuit in ipso hoc summo Imperio, sed tantum in ejus finibus.

28. Radix igitur seu stirps SStæ hujus, & summi Numinis vicariæ potestatis, quæ *Majestas* dicitur, est in toto cujusque liberi populi, seu civitatis aut reip. corpore; à quo proinde transferri illa potest, vel in unum Principem, vel in plures, qui tum corpus aliquod magistratus faciunt. Atque ita unumquodque liberæ civitatis corpus duabus partibus quasi substantialibus constat, capite & membris: de quo *ad cap. 2.*

29. His ita expositis nihil moramur à Grotio tradita, qui mira confusione tam varia Jurium genera fingit ac cumulat, novisque ac insolentibus vocabulis involvit, species generi suo opponit, & nova genera facit, & nec inter se rite discernit, nec à virtutibus satis distinguit, atque aded jura miscet, ut non possim, quin, pace beati Viri, existimem, in toto hoc:

hoc *cap.* 1. inde à *S.* 3. usque ad *S.* 16. (nisi forte exceperis *S.* 8.) nihil probi aut sicci inveniri: Unde illa missa nunc facimus.

30. Illud tamen monendum, & ex dictis intelligi potest, quàm ociosa in *S.* 10. quæstio sit, An actibus hominum jure naturæ insit intrinseca turpitudine aut necessitas moralis, propter quam à Deo necessario vetiti aut præcepti sint? Ita Grotius sentit *d. S.* 10. & jure naturæ vetita putat non esse turpia, quia Deus vetuit, sed Deum vetuisse, quia erant turpia. Quem rectè improbat Dn. Puffend. *lib.* 2. *cap.* 3. *S.* 4. sed rem non evolvit.

31. Etenim Deus, ut summum bonum, ejusque voluntas in se perfectissima, sui ipsius, id est, omnis boni & perfecti, regula ac norma est; atque hinc quæ vetat & ideo turpia sunt, quia Deus vetuit; & vetuit ille, quia sunt turpia. Nihilque magis impium, Deoque indignum videtur, quàm fingere aliam Dei regulam, quam Deum; aliam boni perfectique mensuram ac amissim, quàm ipsum illud summum bonum & perfectum; aliud æqui bonique principium, quàm Ens illud summum, quod omnium rerum ac entium Ens, causa, ac regula est. Secus est in legislatore humano, cujus norma non sola voluntas est, sed salus populi, seu bonum publicum: quia hi sunt fines imperii ipsi à Deo commissi; de quo mox. At Deus ubique ipse est sanctissimum suæ voluntatis exemplum, & suæ ipsemet regulæ perfectissimus Autor.

32. Nec minus inanis est altera illa quæstio: An Deus mutare jus naturæ possit? Etenim, cum quod Deus vult, sit omnium optimum & perfectissimum,

num, non potest aliud velle, quod minus bonum minusve perfectum est: non quod per impotentiam naturæ non possit aliter agere; sed quod per summam perfectionem voluntatis non possit aliter velle.

33. Blasphemiam Plinius *l. 2. Hist. nat. c. 7.* (à quâ nec alienus videtur Cic. *lib. 4. Acad. quest. c. 16.*) sapit, cum Grotius *S. 10. n. 5.* inquit, *esse quædam, ad quæ potentia Dei se non extendat: ut facere, ne bis duo sint quatuor &c.* Quod stupendum videtur in tantis viris, cum revera ineptissimum & planè ridiculum sit. Decepit eos duplex abusus, qui licèt ad demonstrationes morales, alterum opus, pertineat, hïc tamen notari meretur.

34. Unus est, quod communi usu loquendï, verbo *posse* ibi utimur, ubi intelligimus *impotentiam*: ut, cum dicimus, *homo potest mori*; id est, *non potest semper vivere*: & contrâ, vocibus *non posse*, ubi *potentiam*: ut cum dicitur, *Deus non potest mori*: *non interire*, &c. exprimitur æternæ potentia & essentia plenitudo. Adeo vocum sono deludi se passi sunt viri quoq; egregii, ut per verba, quæ potestatem plenissimam & omnipotentiam significant, intellexerint *impotentiam*, & vice versâ.

35. Alter, quod demonstrationes rerum imprimis præcedere debeat demonstratio verborum. Id verò non modò neglexere, qui recens philosophati sunt, sed nec satis ea distinxere ab invicem. Quod olim, cum his studiis adhuc incumberem, me adnotasse memini in *septimis Objectionibus adversus Medit. Cartesii*, qui cum rectissime philosophari à se, quasi ex jussu Delphico, inciperet, primamque veritatem faceret,

ceret, *cogitantem se esse*; adversarii, qui ex Aristotele illud primum esse hauserant, *Idem non posse simul esse & non esse*, ejus principium liquidissimum negabant; quibus ille hoc ipso Aristotelis effato occurrere potuisset. Nec ulla pugna; cum alterum sit verborum, alterum rerum principium. quo de alibi.

36. Ita, quod Grotius quærit, An Deus facere possit, ne bis bina sint quatuor? in verbis, non in facto, consistit. Bis bina, & quatuor, sunt unum idemque: utrumque scil. quatuor unitates; uti unum & tria pariter sunt quatuor, scil. totidem unitates. Quæritur ergo, an fieri possit, ne quatuor sint quatuor? seu an quatuor simul sint & non sint. Idemque est in exemplo Plinii; An Deus facere possit, ne dies præteritus sit præteritus? &c. In quibus omnibus non quæritur de possibilitate facti, sed de veritate dicti: Non, an Deus possit aliquid efficere, aliquid in aliud mutare, &c. sed, an statuere, ut utrumq; hoc verum sit, *esse, & non esse*; id est, an possit falsum dicere, mentiri? & sic de omnibus contradictoriis. Unde absurdissimè conjungit Grotius cum hac quæstione alteram, An Deus, quod intrinsecè (ut ipse sentit) malum est, permittere possit? Cui satisfactum est §. 12. & 13.

37. Econtrario, ubi de vi facti quæritur, ut, An Deus homicidium, furtum, &c. permittere possit? Grotius ineptissimè id refert ad vitium verbi: quasi permittente Deo desinat esse homicidium, furtum, &c. quod verba hæc vitium sonent. Quæ hoc Vironimis quàm indigna sunt. Non enim quæritur, quo nomine factum vocetur; sed, quoquomodo vocaveris,

an permitti, hominem occidi, rem domino invito auferri? &c. Quamquam & falsum sit, verbo homicidii, quod & de fortuito seu casuali, ut vocant, dicitur, *l. 11. §. pen. ff. de Pœn.* significari semper vitium seu crimen. Quin vi verbi homicidium est, quoties homo occiditur.

38. Cæterum res ipsa plana est: competere Deo plenam potestatem in hominum vitam, corpus, & bona, duplici jure: tum quia omnia ipsius sunt, omniumque ipse Creator ac dominus est: tum quia nemo hominum est, quin commiserit ut mortem, aliaque mala, meruisse intelligatur, & ideo de injuria queri non possit. Atque hoc jus Deus quotidie exercet, immitendo, etiam piis, pestes, vastitates, aliaque mortuum & calamitatum mala. Verum utitur ille hac potestate perfectissimo modo, justaque proportionem, pensando bona vel mala meritis. Unde accepto ejus mandato non putandum, satisne bonum aut æquum sit; sed pro optimo habendum quod ipse voluit. Atque ista laus singularis fuit Abrahami, quod jussus immolare filium unicum, nullus hæsitaverit, an Deus potuerit id jubere, & sibi obediendum fuerit. Ita, quod Hebræorum populus bona ab Ægyptiis commodato accepta secum abstulere, cum Dei jussus, tum Ægyptiorum impietas, & operarum tot annis indebitè & acerbissimè exactarum injuria satis defendit. Atque ita de aliis.

39. Omne Jus divinum est voluntarium, contra Grotium, & legem accipit unice à voluntate Dei, prout illam declaravit vel factis vel verbis. De factis, unde jus naturæ universale cognoscitur jam satis. Verbis quod Deus revelavit, universale jus non est, quia revelatio ad omnes non pervenit. Quod proinde jus revelatum quousque obliget, quaeritur 40. E-

40. Equidem præcepta Noacho ejusque familia, genus humanum tum à diluvio exhibenti, data, (de quibus Selden. integro tractatu de Jure Gent. sec. Hebr.) eadem jure Naturæ patent, ac deinde in Decalogo repetita sunt, & generali præcepto Juris de non lædendo alterum continentur: sed & caput de Judiciis, seu obedientiâ magistratûs, jam è jure naturæ eruimus. Ut aded supersint tantum præceptum Noachidis datum de sanguine non edendo; & Adamo, de sanctificando septimo die; ac insuper leges, quas Dei jussu Moses Israëlitis præscripsit.

41. Hoc jus ergo verbodivino revelatum, pariter ut de jure Romano & aliorum populorum dicitur (in l. 9. ff. de J. & J. §. 1. de Jur. nat. duplex, & vel Hebræis proprium, vel peregrinis commune fuit: idque ex mente Legislatoris discernitur. Et regulariter quidem est jus proprium seu civile Hebræorum, ad eorum vel sacra vel secularia spectans: illud *cerimoniale*, hoc *forense* vulgò dictum; quia Deus proprium & sacrum hunc sibi populum esse voluit, cui ipse de jure suo civili quoque prospexit, legesque pro conditione reip. suæ dedit. Quæ proinde ad alias gentes nihil penitus, & nec per consequentiam pertinent, aded ut nec quæ Grotius §. 17. observat, quicquam huc faciant. Nisi appareat Legislatorem Deum eas peregrinis quoque, vel aliis, communes esse voluisse:

42. Apparet hoc equidem de esu sanguinis: quod primùm omnibus Noachidis, seu Gentibus; Gen. 9. v. 4. & 5. deinde per Moſen constanter & mira ſe-
veritate, peregrinis quoque interdixit; atque ut ſan-
guinem animalium, quibus veſcerentur, in terram
volu-

veluti aquam effunderent, jussit. *Lev. c. 3. v. 17. c. 7. v. 26. 27. c. 17. v. 10. & seqq. c. 19. v. 26. Deut. c. 12. v. 16. v. 23. & seqq. & c. 15. v. ult.* At ubique id restringitur ad eos peregrinos, qui inter Judæos habitârunt, & ad quorum proinde notitiam lex pervenit: certo indicio, alios eâ non teneri. Quin, quod magis mirum, idem Gentilibus quoque recens ad Christum conversis in Concilio Apostolorum injunctum fuit. *Act. c. 15. v. 20. & 29.* An autem, cum omnibus hodie Christianis illa lex ex sacris literis innotuerit, omnes etiam nunc eâ teneantur, etsi ratio ejus sibi constare videatur, tamen hac vice abstinere sententiam & suspendere judicium malim. *Add. Seld. de Jur. Gent. lib. 7 cap. 1.*

43. Ita lex de sanctificando die septimo ipsi Adamo, generis humani parenti, non, solis Judæis, data, sed non omnibus manifestata est. Neq; enim ullo naturæ opere perpetuo cognoscitur peculiaris septimi diei præ cæteris conditio: neque, cognito etiam, Creatorem sex diebus finivisse opus creationis, inde constaret, voluisse septimum peculiariter esse sanctum; sed & hoc ab expressa revelatione est: *Gen. 2. v. 3.* ubi hoc specialiter additur. Hæc igitur lex & omnibus lata, & causa ejus hominum communis est; sed eos tantum obligat ad quos revelatio manavit; & quatenus manavit.

44. Obligantur igitur populi Christiani hac lege, quæ cum sacris literis hodie ipsis vulgata est; sed hætenus saltem, ut post sex dies operarum septimus Deo consecretur; non autem ut dies, qui dicitur Saturni seu Sabbathi, quasi iste sit ipse dies septimus orbis conditi. Neq; enim id revelatum est; neq; ea mens
le-

legis ad omnes populos esse potuit ; quia è contrario certum utique est, ne eundem quidem ubique terrarum simul diem ; sed eodem tempore alibi diem esse, alibi noctem. Quin compertum hodie est in occasum profectis, & circumnavigato orbe reversis, integrum diem excidisse. Indeque accidit, cùm in littoribus maris Tartarici, & vicinis insulis, quasi in confinio ortus & occasus, & Hispani & Portugalli loca teneant, ad quæ illi in occasum, hi in ortum tendendo navigant, ut hodiernum idem Hispanis sit Solis, qui Portugallis est Saturni dies. *B. Dn. Becm. Hist. Univ. cap. 1. §. 9.* Quin nec id quidem definiri potest ; an dies Saturni sit idem ipse dies, qui ab orbe condito septimus fuit, & à tanto intervallo dierum computus nunquam erraverit, aut fesellerit, aut ullam variationem passus fuerit ; præsertim ex eo quod sub Josua contigit, *Jos. 10. v. 13. Ecclesiastic. 46. v. 36.* & sub Ezechia Rege. *2. Reg. 20. v. 9. & 10. Ezech. 38. v. 8.* Satisfactum igitur est legi, si exactis sex diebus profectis septimus sit festus & Deo vacet.

45. Aliud dicendum de revelata lege circumcisionis, quæ, etsi & aliæ Gentes eam edoctæ hodie sint, non tamen alios obligat quàm Abrahami posteris, quibus solis in juncta est. Et propriè iis illa nec jus gentium positivum, nec jus civile fuit : quia hi populi eam à Deo acceperunt, non sibi ex communi vel propria utilitate statuerunt ; sed jus singulare seu beneficium & quasi privilegium familiæ Abramidum. Equidem Osiand. *ad Grot. l. 1. c. 1. Obs. §. in fin.* id restringit ad Israëlitas, quia cum iis solis fœdus factum. *Gen. 16. v. 19. 21.* Verùm aliud est lex circumcisi-

Q

nis ;

nis ; aliud foedus ei adjunctum : illa toti stirpi communis ; hoc Israëlitis proprium fuit.

46. Porro hinc constat, legem revelatam de decimis solvendis, ad alios populos non pertinere : quia nullibi in alios lata, aut ad peregrinos extensa, sed soli populo Judaico seu Israëlitico data fuit. *sup. S. 41.*

47. Sunt autem in populo, jure & usu Gentium, duæ incolarum in genere species : alii originarii, seu indigenæ ; alii adoptati vel assumpti. (*Conf. l. 4. l. 6. C. de Incol. l. 1. l. 6. ff. Ad Munic. :*) Hi in sacris Profelyti dicuntur ; & eodem jure duplices sunt : Alii fiunt domicilio constituto, Profelyti domicili vel portæ dicti, & specialiter incolæ, quos domicilium facit : (*conf. l. 7. C. de Incol.*) Alii speciali quoque in jus civitatis Judaicæ allectione, (*conf. l. 6. l. 7. C. eod. tit. d. l. 1.*) quos Profelytos Juris vocant. Reliqui advenæ sunt. Perperam igitur Osiand. *ad Grot. l. 1. cap. 1. th. 16. Obs. 2. in fin.* tres Profelytorum species fingit, & mercenarios addit, quasi ex loco *Exod. 12. v. 45.* sed erroneè.

48. Profelyti domicili, & advenæ, peregrini sunt, ac jure gentium utuntur, & priores isti ad munera civilia tenentur : *per S. 26. 27. (conf. d. l. 6. C. de Incol.)* Profelyti Juris autem, ut justii cives, ad omnes leges civiles, ac ritus sacrorum, etiam circumcissionis, tenebantur : Tales enim eodem jure cum indigenis gaudent, etiam quoad honores ; modò pleho jure civium in jus civitatis recepti sint : aliàs quat. jus civitatis Judaicæ concessum fuit : id enim in arbitrio concedentis est. Vid. *Auton. J. G. cap. 20. S. 46. & seqq.* Unde in magnum tamen synedrium legi non potuisse constat ;

stat; quippe quod à speciali Dei jussu ex Senioribus Israëli constitutum fuit, & in quod nec ipsi indigenæ eligi promiscuè potuerunt. *Num. 11. v. 16. Petr. Cun. de Rep. Hebr. lib. 1. cap. 2. Schickard. de Jur. reg. cap. 1. Theor. 2.*

49. At jus Gentium omnibus, etiam peregrinis, commune fuit. Quod & pertinet cultus veri Dei, & quæ jure Gentium ad eum requiruntur: (*conf. l. 2. ff. de F. & F.*) uti adoratio, etiam in loco communis publicæ aliis rebus non dicato: Ut & sacrificiorum oblatio: nam & ista ubique inter Gentes recepta fuere.

50. Dixi, *cultus veri Dei*: idololatricus enim non jus, sed abusus Gentium, à præcipuis quoque Gentium prudentibus improbatus, (*conf. Euseb. præp. Evang. lib. 11. c. 13. & lib. 13. c. 12. 13.*) nec in jure Rom. etiam quâ à Paganis statutum, nisi unius Dei cultus assertus est. Unde & tales oblationes rejectæ sunt *Lev. 22. v. 25.*

51. Etsi autem sacrificiorum usus sit juris Gentium, tamen alii atque alii ritus passim sanciti vel recepti sunt, ad quos, cum sint meri juris civilis, peregrini non obligantur; nisi ea lex ad ipsos quoque extensa fuerit: *sup. §. 41.* quod expressè factum est in modo oblationis, de qua *Nam. 15. v. 13. & seqq.*

52. Unde solvitur quæstio Grotii *in th. 16.* An potuerint isti è paganismo peregrini hoc cultu Juris Gentium, etsi non circumcisi, salvari? Resp. Potuere equidem suo jure legitimo; ut Judæi, suo: quia, quod hi ultra jus Gentium juris habuere, merum jus civile fuit, quod ad Gentes & peregrinos nihil pertinebat

53. Nihil igitur huc facit quod ajunt ; Veteres ritus fuisse typos futurorum & Christi : & eam proinde doctrinam recipere debuisse, qui salvi esse velent : quod & sensit Doctiff. Gron. ad d. th. 16. n. 2. Sed procul à scopo ! Præterquàm enim, quod jam diximus, eos ritus esse meri juris civilis ; (1.) nondum quæritur de reparatione lapsus humani, sed de potestate legis exactè servatæ : nam quòd illa jam exactè servari non potest, non est à vitio legis, sed hominum. Sed & (2.) Hoc ipsum, ut illi ritus essent typi, non est à natura, sed ab instituto & lege civili, quæ propria Judæorum fuit. Neque (3.) typis istis alia vis data, quàm significare Christum : Ille verò cognosci potuit non ex solis typis, sed magis ex lectione vaticiniorum sacròrum, & consuetudine Judæorum, inter quos ille publice docebatur. Atque hæc pauca de jure verbis revelato.

54. Cæterum, etsi omne Jus sanctum ac inviolabile sit ; tamen sunt sanctimonix hujus gradus. Et primum ac sanctissimum omnium est, quod cultum Dei spectat : (conf. Matth. 22. v. 38. 39.) Tum quæ respiciunt non sola bona extrinseca vel solum corpus ; sed ipsum hominem, ut cum ratione conditum, eoque imaginem Dei referentem : uti quæ sunt de ejus propagatione, sanguine, matrimonio, sepultura, &c. Nec minùs populorum cœtus, respublicæ, magistratus, paces, fœdera, legationes, ipsaque arma &c. de quibus suis locis.

55. Sunt verò & jura quædam Gentium, in quibus aliquid singulare esse videtur : veluti, quòd quædam in se & naturâ suâ mala sunt, & tamen jure naturæ

naturæ justa ac licita. Ita in bellis cædes, rapinæ, vastationes &c. sunt in se mala & Deo abominabilia : Verùm illa malitas est in eo, qui jus alterius vi lædit, non qui suum vi defendit. In litibus quoque fori lites ipsæ inter homines malum sunt maxime ; sed auctor mali idem est, qui litium, scil. qui alteri jus suum vindicanti id non tribuit. Potest ergo esse malum in actu, etsi non sit in agente, ut ostendimus in *Collat. Jurid. ad D. Struv. coll. 3. per tot.* Ita lites & bella improbat *Jacob. cap. 4. v. 1. Unde bella & lites in vobis? & v. 2. Litigatis & belligeratis &c.* neque tamen ille, cui jus suum tueri necesse est, malè agit, sed alter solus, qui eò necessitatis alterum adigit.

56. Est enim, quod suo loco docebitur, de naturâ actionum moralium, ut earum prima causa movens inspiciatur ; quippe quæ unâ est causa omni boni malive, quod inde quadam necessitate proficiscitur. Mediæ causæ pro suo modo, & prout eorum aliqua, vel nulla culpa concurrat, censentur. Ita, cum Phocenses ad tuniculam quasi à Thebanis redacti, rebus conclamatis templum Delphicum spoliarent, dicitur, *plus invidiæ id Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulisse : Justin. lib. 8. cap. 1.* sed & ipsi tamen sacrilegii poenas luerunt. *d. l. 8. c. 2.* At Virginii, cum filiam suam, quam aliter à servitute & libidine Appii Claudii, Decemviri, tueri non potuit, cultro transfixisset, *l. 2. §. 24. ff. de Or. Jur.* parricidium hoc Appio tribuit, & Te ait, *Appi. tuumque caput, hoc sanguine confecto. Liv. lib. 3. cap. 48.* & in castra profectus testatur, *ne, quod NB. scelus A. Claudii esset, sibi tribuerent. d. l. 3. c. 50.* Idem-

que sensit P. R. nec patri quicquam imputatum, sed in Decemviros & conscios severè vindicatum; & sic manes Virginiae per tot domos ad petendas penas vagatos, nullo relicto NB. fonte, tandem quievissent, refert Liv. d. l. 3. c. 58. Pater ipse itaque inter fontes visus non fuit: quin ipsemet Appio diem dixit. Liv. d. l. 6. 57. Vid. Max. lib. 6. c. 1. n. 6.

57. Pariter in bellis cædes, quæ commisso prælio utrinque fiunt, pessimum omnino malum sunt; sed quaeritur, quis hujus mali autor & causa sit? Scilicet non pars læsa; sed lædens, seu qui injuriâ suâ causam belli dedit: ille enim non tantum est causa & autor malorum, quæ ipse hosti infert, sed & eorum, quæ ab hoste accipit: omniaque quæ bello utrinque patrantur, uti ex parte nocentis tot crimina sunt, ita à parte læsi, justa & necessaria defensio: interim verò quia non hominum, sed Dei id judicium est, utrique jus belli competit: perinde ut in privatis judiciis, etsi unius tantum justa causa esse possit, interim tamen, dum de eo judicatum fuerit, utrique jus est causam suam judicio persequi.

58. Quantum tamen res ipsa malum sit, vel exemplo Davidis apparet, qui, etsi justa, quin Dei bella gessit, tamen idè inidoneus visus est, qui Deo templum erigeret. 1. Paralip. 22. v. 8. Eccl. 28. v. 3. Quod & judicium fuit gentium; quarum Heròes ex justo quoque bello reversi, non tetigerunt sacra, nisi antè expiati: ut Hector apud Hom. Iliad. 6. v. 265. & Aeneas apud Virg. Aeneid. 2. in fin. v. 704. vid. Macrobi. lib. 3. Saturn. c. 1. Huc & referri possunt alia exempla, ut malitiosæ desertionis &c.

59. Sin-

59. Singularius adhuc jus, & ferè simile est, quòd quædam non tantùm moribus Gentium probata, sed & laudata maxime & celebrata fuerint, etsi in se non jure facta viderentur; uti quod judicium zeli Hebræi dixerunt. *Seld. de Jur. nat. lib. 4. cap. 4. §. 5. Grot. lib. 2. cap. 20. §. 9. n. 5.* Talia sunt factum Mathatix, qui Judæum Antiochi Regis jussu idolis sacrificantem ad aram trucidavit, ipsumque Regis legatum interfecit: *1. Machab. 2. v. 23. & seqq.* (ubi provocatur ad exemplum Phineæ; *Num. 25.* sed tum Deus generali mandato id injunxerat. *Num. 25. v. 5.*) factum Horatii, sororem, quæ suum & patriæ hostem à se occisum, ut sponsum lugebat: *Liv. lib. 1. cap. 26.* factum Lucretiæ, quæ seipsam; *Liv. d. lib. 1. c. 58. 59.* Timocleæ Thebææ; *Plut. in Alex. M. cap. 20. Curt. suppl. lib. 2.* & alterius fœminæ Principis, uxoris Ortiagon-tisin Asiâ, *Liv. lib. 38. c. 24. Flor. lib. 2. cap. 11. V. Max. d. lib. 6. c. 1. in fin.* quæ pudicitix suæ raptores interfe-cerunt. Horum nulli fuit jus necandi hominis; nec in fœminis defensio, vitio jam oblato & peracto: Verùm admiratione virtutis, & factum impune ipsis fuit, & virtus ornata. Potuitque id salvo jure naturæ fieri: quia nulla injuria in occisos fuit, qui omnes mortem meruerant; sed in eo, quod privati sibi vindictam arrogârunt, quæ magistratus est. Hic ergo illis id remittere potuit.

60. Inde verò patet, cum illa remissio sit in arbitrio superioris, cujus jus violatum privata ultione fuit, non satis tutum esse hoc zeli judicium, sed posse tanquam in violatores Juris publici vindicari. Ita Horatius casâ sorore, in jus raptus, & lex horrendi carminis

minis in eum dicta, ac vix meritorum momento elapsus fuit. *Liv d. lib. 1. cap. 26.* Ita memoratur de cive Londinensi, qui, cum Mercerus, sacerrimus pyrata, sub Richardo II. Anglorum comērcia maritima gravissimè infestaret & vastaret, nec arceri posset, suo sumtu, & boni publici zelo naves armavit & instruxit, & pyratam navibus ejus perditis, abegit. Hoc verò nomine primùm Majestatis postulatus est; denique verò suustanto merito honos habitus. Quid, quòd Judæi, cum Servator sanctissimo zelo nundinationes è templo ejiceret, ab ipso signum poposcerint, qua autoritate id faceret. *Joh. 2. v. 14, 17, 18.* Vid. *Seld. de Jur. nat. lib. 4. cap. 5.*

61. Denique, quemadmodum à jure differt, quod honestum & pulcrum est; ita ab injuria, quod turpe & sordidum: & quemadmodum à sensuum judicio pendet, quid pulcrum sit; ita & è contrario, quid sordidum: illud movet sensus ad appetendum, admirandum, honorandum &c. hoc ad refugiendum, spernendum, abominandum &c. Hujusmodi quæ sunt, non sunt propriè turpia aut moraliter mala; sed vilia tamen, & contempta; & non videntur ab initio creationis, & à statu perfecto, sed à naturæ & rerum corruptione, quam & Gentes agnoverunt; seu ab execrationibus illis, quæ revelatæ in sacris sunt, extitisse. Atque hæc referri possunt inter ea, quæ levis notæ macula dicuntur *in l. 27. C. de Inoff. test.*

62. Tale quid est morticinum quod dicitur, & cujusque animalis cavader. Etsi ergo esus illius jure gentium vetitus non apparet, tamen ipsa humana natura, quæ non est planè efferata, eum suâ sponte nau-

te nauseat, ut rem impuram & immundam. Hinc Deus populo suo ided ejus esu interdixisse dicitur, quia eum sibi sanctum & mundum esse voluit. *Deut. 14. v. 21. Lev. 17. v. 15. Ec. 22. v. 8.* Unde tot lavationum ritus. Peregrinos autem non quidem vetuit ea emere, iisque vesci; *Deut. d. v. 14.* at immundi tamen & ipsi fuere: *Lev. 17. v. 15. & 16.* unde horum convictu Judæis uti licitum non erat, nisi mundati fuissent. *d. v. 15. Lev. 7. v. 21. Lev. 22. v. 4. & seqq.* Similia visa sunt menstrua muliebria &c. Hactenus generalia Juris, quæ in succinctum thesium modum contrahi satis non potuere.

Ad cap. 2. & 3.

63. In Universitate, seu civitate libera, aliud est universale dominium terræ cujusque populi intra fines suos, quo continetur plena facultas disponendi; (*conf. Cæs. de B. G. lib. 1. cap. 2.*) aliud summum in ea imperium, quo potestas exequendi juris, & tuendæ rei publicæ.

64. Summum ergo imperium (quod humano generi in res terræ, hominumque singulos, *per §. 24.* & cuique populo seu civitati liberæ intra suos fines à Deo concessum est, *per §. 25. & seqq.* atque aded Dei, non hominum, jure ac nomine exercetur. *per §. 21.*) est *justitia salutisq; publica tuenda legitima facultas, & sacrosancta autoritas.* Hæ enim sunt duæ illæ partes, salus publica, & justitia, (sine qua resp. felix & beata esse non potest. *Auton. J. G. cap. 9. §. 2. & §. 19. §. 12. & §. 9.*) quarum curâ & custodiâ perficitur bonum illud publicum seu scopus Moderatoris reip. propositus. *per §. 18. & 19. Auton. cap. 7. c. 3. & seqq. de quo inf.*

R

65. In

65. In omni porro universitate aliud est, ipsa U-
niversitas; aliud singuli; & utrorumque alia atque
alia planè jura, res, ac bona: universitatis publica;
singulorum, privata. *per pos. s. n. 2. (conf. l. 2. l. 7. S.
1. ff. Quod cuj. univ. l. 6. S. 1. ff. de Res. div. l. 10. S. 4. ff.
de in jus voc. &c.)* At tota Universitas è singulis colle-
cta est, iisq; constat ut integrū partibus suis, vel ut cor-
pus membris: sed cum duplicis relationis discrimi-
ne.

66. Uti enim corpus naturale animantis aut
spectatur simpliciter, ut totum omnibus suis mem-
bris formatum; quo sensu communis omnium est po-
tentia vegetandi, sentiendi, motus &c. vel ut in eo
distinguitur caput à reliquis membris; quæ, præser-
tim in homine, primario inde reguntur ac moven-
tur: ita & in corpore civili Universitatis singuli
spectantur vel simpliciter, prout omnia, sive caput
sive reliqua membra, sunt ejusdem æquè corporis
membra: vel prouti in eo discernuntur imperantes &
pàrentes, tanquam caput & membra reliqua. Qua
ratione pariter quædam facultates & jura toti corpo-
ri omnibusque ejus membris communia sunt; quæ-
dam capiti propria & eximia.

67. Commune toti corpori est (1.) Universa-
le illud dominium terræ cujusque populi: *sup. S. 63.*
quod totius civitatis seu populi, & res est publica
omnium, tum capitis, tum corporis reliqui: non
singulorum, nisi quorundam usus his concessus fuerit.
(*conf. l. 14. princ. ib. quæ in patrimonio sunt populi. ff. de
Adq. rer. dom. l. 6. princ. ib. in pecunia populi. ff. de Contr.
emt. d. l. 2. ff. Quod cuj. univ. d. l. 6. S. 1. ff. de Divis. rer.
&c.)*

Ec.) 2. Bonum illud publicum, quod finis & scopus est civitatum. §. 64.

68. Proprium verò capitis est summum imperium & quæ ad pertinent; uti ipsius modò dicti boni publici gubernatio, & juris justitiæque executio: seu, in genere, pacis felicitatisque publicæ defensio. (*conf. interdicta de publicis rebus. lib. 43. ff. à tit. 7. ad tit. 16.*)

69. Unde evidens est, summâ populi potestate, quæ ei in singulos naturâ competit, §. 64. ab eo in unum vel plures translata, non transferri unâ dominium illud terræ, quod residet in toto corpore Universitatis, seu in tota rep. omnibusque ejus membris, quâ talibus; §. 67. sed solum summum ejus in singulos imperium; idque totum, ita ut nulla ejus pars maneât interim in populo. (*conf. Auton. cap. 12. de Monstr. regn. patrim.*)

70. Hinc in aprico est resolutio quæstionis, an regno quoque constituto, semper tamen summa potestas maneât populi? Quam tam prolixè tractat *Grot. lib. 1. cap. 3. §. 8. & seqq.* & rectè quidem negat; sed nec veram sententiam satis definit; nec rectè probat; nec dubiis satisfacit; & miscet, ut semper, jura ac nomina privati dominii & summi imperii, rem divinam & omnium sanctissimam cum humanis & profanis. Totum pendet à discrimine dominii terræ & summi in eam imperii: illud est reip. hoc Regis: quod & jure Romano & usu Gentium dnbio procul receptum est, eoque omnia dubia spontè conticescunt.

71. Hoc sensu non incongruè vulgò distinguitur *Majestas realis*, quæ est dominium illud univer-

sale terræ, & infidet in univerſa rep, totiſque terræ
 quaſi affixa & annexa cohæret: & *personalis*, quæ to-
 ta cum ſummo imperio tranſit in Principem, &, quo-
 ad penes ipſum, aut (in Principatu ſucceſſivo) pe-
 nes ejus familiam eſt, nihil ejus manet in populo;
 neque hic tum eſt imperii particeps (niſi ſtatus ſit
 mixtus *de quo inf.*) ſed ei ſubjectus. Nec tamen
 hæc interim quoque ſeparata eſt à rep. quippe cujus
 pars & caput Princeps eſt; adeoque nec à dominio
 terræ, nam & hoc moderatur Princeps; ſed à reli-
 quo populo, qui interim ſubjectorum partes ſuſtinet.

72. Summum imperium idem eſt res omnium
 in terris ſanctiſſima, & Deo proxima, quia eſt divini
 executio, ejuſque munus vicarium & quaſi delegatum.
 §. 20. & ſqq. Ejus ergo ſublimitas & plenitudo nõ conſiſtit
 in abſolutæ poteſtatis licentia, & dominandi lubidine,
 uti dominium privatorum profanum; ſed in ex-
 acta finium divini imperii, ipſi commiſſi, tutelâ ac
 cuſtodiâ. Atque hinc, quod magis aliqua poteſtas ab
 hac lineâ deficit vel excedit, eò magis ab hoc ſum-
 mæ ſanctimonix & divinæ autoritatis apice deſciſcit
 & dégenerat, atque accedit ad profanarum & vulga-
 tarum rerum ſimilitudinem. (*conf. l. 4. C. de Legib.*)

73. Summum in rep. imperium à populo, cu-
 jus fuit, in principem vel corpus aliquod translatum,
 tale eſt, quale, & quibuſcunque legibus, modò intra
 fines imperii, translatum ac reip. forma conſtituta
 fuerit. *per poſ. 6.*

74. Et in genere quidem tres reip. formæ ſim-
 plices ſunt, & admitti poſſunt: quia neceſſe eſt ut ſum-
 ma poteſtas vel ſit omnium, vel unius, vel plurium;
 quæ

quæ ultima species perperam ad Optimates restringitur, cum multò pluribus modis fieri ac variari possit. (*conf. Polyb. Hist. lib. 6. c. 1. & seqq.*) Sed & ex pluribus, quin omnibus formis, misceri & temperari summa potestas potest: eamque omnium optimam laudârunt veteres; *inf. §. 88.* & prout legibus mixta & temperata, ita jus, & justa, quin & suo sensu regularis, non monstrosa est resp. *per pos. 6.* Et sunt ad eò quàm vanissimæ cum lites istæ, quibus se mutuo exagitarunt Limn. & Reinking. tum rationes, quibus depugnarunt: & tota res vel ex natura facultatis plana ac liquida est.

75. Inprimis igitur natura facultatis, sed suo ordine & loco, cum id maximi referat in jure Naturæ demonstrando, explananda erit. Aliquid tamen & hic præstruendum est.

76. Duplex nempe facultas homini à Deo seu Naturâ concessa est: una in suas cuique actiones; altera in res suas: *per pos. 5. n. 1. & 2.* Prior à persona, cui inhæret, naturâ inseparabilis est; ac in se individua: altera cum re dividi & transire potest ad alios.

77. Inprimis verò ea facultatum natura est, ut eadem pluribus simul concessa nemini in solidum competere possit, sed concursu invicem necessariò restringant, & impediunt. Ita, si plurium sit de eadem re statuendi facultas, uno quid asserente, alter pari facultate id negare potest: unde, cum hæc contraria simul stare non possint, constat, nihil ætuum esse. Sequitur ergo hoc casu nihil statui posse, nisi omnium voluntate, vel nemine saltem contradicente, fiat. (*conf. l. 3. §. 5. ff. de Adq. poss.*)

R 5

78. Hinc

78. Hinc ergo eadem sunt naturæ, quæ Juris Romani, regulæ. (1.) Si uni semel data vel quæsitâ fuerit plena rei facultas; alium amplius concurrere non posse: seu, ut solet exprimi, meliorem esse conditionem occupantis. (2.) Si plures simul concurrant in re dividua, concursu partes fieri: & sic cujusq; de sua parte statuendi potestas erit. (3.) Si in re individua, quæ partes non admittit, nihil actum intelligitur, nisi omnium voluntate: Unde (4.) regula: in tali concursu meliorem esse conditionem prohibentis.

79. Si igitur in unum Principem translata est summi imperii potestas, ille solus de rep. statuere potest: si in plures, omnium voluntas & consensus requiritur; *per. S. 72.* & tamen summâ æquè Principis est potestas ac si solus esset; idque ipsâ voce *summi* significari, facile ostendi potest.

80. Etenim hæ voces, *summus, primus, proximus*, usu & proprietate suâ significant eum, quem nemo antecedit: ut constat *ex l. 2. S. 2. & S. 4. ff. de Suis & legit. l. 92. ff. de V. S.* Princeps verò, etsi pari potestate Status concurrant, non habet superiorem. Ejus igitur in statu quoque mixto verissimè ac propriè summa est potestas; *d. l. 2. S. 2. & S. 4.* Hinc summus, primus, proximus est, non tantum qui omnibus aliis est superior, prior, proximior; sed & quo nemo alius est superior, prior, proximior, seu quem nemo antecedit, etsi alia par potestas concurrat. Ita Cic. *de clar. orat. cap. 47.* inquit: *Duobus SUMMIS, Crasse & Antonio, L. Philippus proximus accedebat.*

81. Inhæret autem summa potestas vel personæ,

næ, vel corpori. Si corpori, omnium una tantum summa potestas, quasi unius personæ est, (*conf. l. 2. ff. Quod cuj. univ.*) nulla singulorum; *inf. §. 83.* Neque hæc fictio civilis est, sed veritas naturalis, nempe ex pacto: etsi enim reverâ plures diversæ personæ sint, cum tamen, quod de re sua statuunt, naturâ vim & effectum juris habeat; *per pos. 6.* sequitur, si legitime convenerit, ut plures remp. communiter, instar unius personæ gerant; eorumque decreta perinde vim effectumque juris habeant, ac si ab uno v. g. Principe facta fuissent, ita ut convenit, naturâ jus erit; & sic in populari statu, totius populi una est summa potestas.

82. Quod si ergo plures sint personæ, quibus incumbit summa potestas, interest, corpus inter se faciant, an ut singuli spectentur: utrumque enim fieri potest. Ita in Imperio Romano olim fuere tres viri Principes, Augustus, Antonius, & Lepidus: fuere deinde sæpius tres Augusti, quorum exempla in *Cod. Just.* passim, maximè circa tempora Theodosiorum, occurrunt: uti Gratianus, Valentinianus, Theodosius *in l. 1. C. de Mandat. Princ. l. un. C. de Senat. Conf. & alii, ut in l. 3. l. 4. C. de Off. Præf. Urb. l. 6. l. 7. l. 11. C. de Off. Rect. prov. l. 1. C. de Off. civ. jud. l. 3. & seqq. C. de Def. civ. l. 24. l. 25. l. 26. C. de Procur. &c.* Tres priores in unum Triumviratus corpus, societate inter se facta, coierunt. *D. Cass. lib. 46. in fin. & lib. 47. Sueton in Octav. cap. 8. in fin. c. 13. c. 27.* atque ita instar unius personæ fuere, & una saltem omnium potestas, nec nisi unum summum eorum imperium, *per §. 81. 82.* Tres verò Augusti ita concurrebant, ut singulorum personis inhæreret summa pot-

ma potestas ; atque tot essent summa imperia, quot personæ, & totidem Augusti : quod in *rubricis dd. ll.* expressum est hac notâ, AAA. Primum exemplum fuit sub Trajano ; *Aur. Vict. de Cesar. in Traj. Inductum.* ait, *in remp. uti duæ vel plures summæ potentia essent. & D. Cass. lib. 53. paulè post med.* de tribus Augustis agens ; *Semper, inquit, unus eorum, si quidem duo vel tres Imperatores sunt, summum Pontificatum gerit.* Inde de Dioclet. & Maxim. Augustis *ex Paneg. Mamertini, utrique dictâ.* refertur apud *Sigon. de Imp. Occid. lib. 1. ad ann. 289. & 290. Geminata inde Majestatis Augustalis presentia omnium animos defixit &c.* Et mox : *Duplicato Majestatis numine.* Quo patet, quàm procul aberret à ratione *Carpz. de Leg. Reg. cap. 13. n. 10. 11.* ubi putat, Majestatem non admittere parem potestatem ; & tum delabitur ad absurdos illos semisses potestatis, ac secum contendit.

83. Multum verò re quoque interest, plurium personis, an corpori, inhæreat potestas. Nam (1.) Si personis, tot, ut dictum, sunt potestates quot personæ, ut in tutoribus. (*conf. l. tres tutores 55. ff. de Adm. tut.*) Si corpori, una omniû, ut in Collegiis. *per §. 81. 82. (conf. l. fin. ff. de Colleg. & corp.)* (2.) Priore casu, summa potestas inest cuique singulorum in solidum ; *per §. 82.* in altero, una toti corpori, singulis nulla. *per §. 81.* Hinc (3.) Ibi remanet status Monarchicus : hîc fit oligarchicus vel popularis. Prius perspicuè expressit *D. Cass. d. l.* ubi cum assereret, imperium Romanum usque ab ævo Augusti fuisse Monarchicum, addit : *Unius enim dominatio verissimè dicitur, et si aliquando duo vel tres simul rerum potiti sint.* Porro (4.) In prima specie singuli nunquam faciem subditorum gerunt : in altero,

altero, semper. Et hinc (5.) priore casu omnium voluntas requiritur; altero, major pars sufficit. Etenim (6.) in primo genere, cum singulorum est summa potestas, unusquisque de rep. statuere potest; verum, si cæteri, vel unus saltem eorum, contradicat, nihil agitur. *per S. 73. (conf. l. 7. S. fin. ff. de Curat. fur.)* In altero autem, non singuli, sed corpus statuit; cujus uti non nisi una est potestas, ita non nisi una voluntas, quæ, si membra ejus dissentiant, alia intelligi non potest, quàm majoris partis. *vid. S. seqq.*

84. Et satis sua huic discrimini constat ratio: perpenso, quod in altero casu, ubi corpus quid agit, singuli conveniunt ad hoc negotium agendum & peragendum; quod proinde, cum hæc consentiant, jure & validè geritur: in altero autem unus v. gr. rem agit, qui solus agere non potest; & proinde in se id validum non est. Igitur in primâ specie, quâ singulis data est summa potestas, uno contradicente, deficit omnium & facultas *per S. 83.* & voluntas: quia, qui solus statuit, hoc animo est, quod speret reliquos id ratum habituros, quippe qui scit, aliàs non valituros. Quod si ergo eam spem fallat unius saltem contradicentis, totum actum irritum illa reddit. At in alterâ (scil. cum summa potestas corpori inest) nec facultas deficit, quia corpus, quod potest, rem gessit; nec voluntas, quia statuendi animo convenere, atque aded statutum quid voluere: etsi quidam non adsint. Superest ergo saltem, & quæritur, si singuli dissentiant, quid corpus ipsam statutum velit? Idne quod major pars voluit, an, quod minor? Et naturali rationi consentaneum est, ne in eodem compa-

S

ratio.

rationis genere major pars cedat minori, sed ut è contrario, minor majori. (*conf. l. 54. ff. de Judic.*) Igitur, si aliud lege publica definitum non fuerit, consensus majoris partis erit voluntas totius corporis, etsi non omnium de corpore. (*conf. Pac. Osn. art. 5. §. 52.*) Et nec aliter exitum res Universitatum invenirent, &, si tum quæreretur, quæ pars sanior, nunquam res dederetur, sed semper eadem lis & quæstio, quæ ante deliberationem fuit, scil. quodnam è pluribus esset sanius? in infinitum recurreret, nisi pars major litem dirimat. Vid. *Grot. lib. 2. c. 5. §. 17. & ibi all.*

85. Unde & illud evincitur, si æquata sint utriusque partis suffragia, rem in statu in quo est, & ante consultationem fuit, remanere; quia iste alterari nisi omnium vel majoris partis voluntate, non potest. Unde sequitur, paribus calculis reum absolvi, qui *calculus Minervæ*, id est, juris naturalis dicitur, de quo *Grot. d. c. 5. §. 18. & seq.*

86. Hinc verò liquet genuina Status mixti indoles & natura, ejusq; juxta prærogativa. Esto v.g. status iste temperatus ex Regio & Ordinum summo imperio, in quo tum utraque pars pari, si aliud lege sancitum non est, potestate concurret, ita ut illa, quæ in Rege est, in ejus persona sit individua; *per §. 76. & 83.* & hinc, si plures sunt personæ Regum, singulis in solidum insit; *per §. 82. & 83.* omniumque consensus requiratur: *per §. 77. 79. & 83.* quæ verò à parte ordinum, una in toto corpore sedeat; *per §. 81.* & hinc, si plura corpora sint, v.g. aliud populi, aliud optimatum, in unoquoque corpore sententiam majoris partis totum corpus sequatur. *per §. 84.* Verum ex his omnibus

maibus unū deniq; existit corpus totius universitatis, & summi imperii, & una omnium totiusque Imperii Majestas: cujus caput est Rex; membra, Ordines. *inf. §. 8.*

87. Exemplum Regni perfectè ex omnibus formis mixti ac temperati, est in Britannia: Ubi cum Rege concurrunt duo corpora; alterum Optimatum, alterum populi. Igitur in quoque horum corporum statur majori parti: *per §. 84.* & cum quodque tum corpus instar unius personæ spectetur, *per §. 81.* atque ideo omnium voluntas, & maximè Regis, necessaria sit, *per §. 77. 79. 83. Thom. Schmith. de Rep. Angl. lib. 2. cap. 3. in fin.* exurgit inde universale illud summi imperii seu Regni corpus, in quo quasi domicilium & sedes est Majestatis, cujus caput Regem, membra Ordines esse dictum est *§. 86.*

88. Statum verò mixtum & ex omnium formis temperatum, omnium optimū inter Gentes visum, & maximè stabilem, ac diuturnum fuisse, convenit inter Veteres: idque probant *post Plat. de Legib. dial. 4. post princ. & dial. 6. solertissimus Historicorum Polybius Hist. lib. 6. cap. 1. Dion. Halic. lib. 7. cap. 51. & 52. Plutarch. in Lycurg. cap. 56. & seqq.* Nec dubitari potest, si ita prudenter temperetur, ut singulorum abusibus caveatur; quo summa legislatoris prudentiæ continetur. Talem in primis laudant Spartanam remp. Lycurgi legibus fundatam, quæ incolumis stetit dicitur, quousque apud ipsam statuta Lycurgi: quibus proinde post 700 annos renunciare ab Achæis compulsi sunt. Quod quanti visum fuerit, Vid. *apud, Liv. lib. 38. cap. 34. & lib. 39. cap. 33. 36. 37.*

89. Nihil igitur insulsius & ineptius est, quam negare Regi Majestatem aut Monarchiam in statu mixto; cum in eo quoque ipsius non tantum summa sit potestas, quippe quæ aliam superiorem non agnoscit, & ipsius personæ in solidum inhæret, *per §. 83.* nec tollitur concursu potestatis, etsi parisi; *per §. 80.* sed & ipse caput sit cum totius regni, tum maxime ipsius Majestatis; & quidem cum ejus, quæ in corpore totius Universitatis radicatur, & *realis* dici solet; tum ejus quæ est in corpore summi imperii, & quam *personalem* vulgò appellant.

90. Quin, si rectam planè rationem consulimus, verissimum omnino est, Majestatem Principis in rep. mixta augustiorem & sublimiorem esse, quam in pura: quia in hac est caput populi; in illa caput quoque Majestatis. Uti è contrario, in pura omnes cives sunt membra civitatis & populi: at in mixtâ Ordines membra quoque Majestatis & summi imperii. Quod pulcherrime expressit maximus Imp. Carolus V. cum Ordines Imperii vocat *eingeleitete Glieder der Majestät; Reichs, Absch. zu Regensburg. 1541. princ.* nam exposito summo Germaniæ ab hostibus periculo, ita pergit: *Das UNS als Röm. Käyser gebühren wolle / mit Zuthun gemeiner Ständen / als UNSE eingeleitete Glieder / solchem zu begegnen: ubi loquitur de actu & officio summi imperii in Comitibus, & de membris non populi, sed suis, ceu Cæsareæ Majestatis: atque aded ita ordines vocat, non uti sunt eingeleitete Glieder des Reichs / quod omnium civium commune est; sed uti sunt, UNSE der Röm. Käyserl. Majestät / eingeleitete Glieder.*

91. Et

91. Et summæ equidem rationis est, ut dignitas imperantis crescat ex dignitate eorum quibus imperatur. Uti in infinitum distant Rex, qui in Principes, quin Reges, imperium exercet; & homo opulentissimus, qui innumeros servorum greges alit; etsi hujus multò absolutior sit in eos potestas. Quod & agnovère idem Imp. Carolus, ejusq; avus Maximilianus I. laudatissimi Principes, qui gloriati sunt, *In aliis regnis se servis imperare; in Germania regibus.* Carpz. de Leg. Reg. cap. I. sect. II. n. 5. & 6. Quam gloriam tam ambitiosè affectavit Carolus Calvus Imp. ut Bosonem, subditum suum, Regem quoq; fecerit, & Provinciam in regnum ei dederit; idq; ut more priscorum Imp. Regibus videretur dominari: prout inquit *Reg. in lib. 2. ad ann. 877. fol. 423.*

92. Vehementer itaque errant, qui Regium statum mixtum vellicant, & nec statum Monarchicum, nec Regi Majestatem concedunt, quin, vel asfentandi impudentiâ, vel calumniandi pruritu, illum Principibus parum secundum, & potestatem minùs liberam esse causantur. Produunt illi, & tantùm non conculcant Augustam summi Imperii Majestatem, qui ita rem omnium sanctissimam absolutâ agendi quod lubet potestate, & dominandi libertate metiuntur: *sup. S. 70.* quæ nullibi major & absolutior est, quàm in rebus profanis & promiscuis. Sed satis hætenus de potestate absolutè summa, quæ aliam superiorem non habet, & Principis est in solidum, etsi alia par concurrat.

93. Sunt verò & species potestatis, quæ non absolutè est summa, sed relativè & secundum quid. Quæ cum magis ab instituto sint, per indicem saltè eas

recensebimus. Talis inprimis olim fuit in Cæsari-
bus assumtis ab Augustis, & hodie, ad illorum exem-
plum, in Rege Romano, qui vivo Imperatore eligi-
tur. Fuisse enim istorum Cæsarum summam potesta-
tem & Majestatem inde patet, quia summa legum
condendi potestas ipsis cum Augustis communis, o-
mnesque Imperii leges ipsorum æquè ac Augustorum
jure ac nomine conditæ, editæ, & promulgatæ fue-
runt: uti ex legum inscriptione constat, & Codicem
Justin. evolventi ubique obvium est; ubi Augusti &
Cæsares, unus vel plures, in fronte legum his notis
significantur. *A. & C. AA & C. AA. & CC.* Sub Diocle-
tione enim duo Augusti & duo Cæsares, atque ita
quatuor summæ potestates simul fuere: scilicet Cæsa-
rum potestas ratione subditorum imperii, & in sub-
ditos, summa fuit; sed collata cum Augustis, qui eos
adsumebant, & horum respectu, minor; adeo ut &
corripi ab Augusto potuerint, cujus exemplum est ap-
ud *Eutrop. lib. 9. circa fin. & Fest. in Breviar. in Diocl.*

94. Quibus apparet, Cæsarem talem potuisse suo
quoque jure de rep. statuere, idque vim legis habuisse;
sed contradicente Augusto, qui suam causam eum ad-
sumsit, non potuisse: est contrario autem Cæsares Au-
gustis contradicere non potuisse. Atque ita hodie,
cum Regis Romani per Capitulationes nulla sit Im-
perii administratio, *Cap. Jos. Art. 47.* si tamen Imperator
potestatem ipsi committat, eam exercet tam suo,
ut Regis Romani jure, quam Imperatoris nomine.
Ita Ferdinandus I. cui Carolus V. vices suas manda-
verat, cum leges & Recessus Imperii *ann. 1542. ann.*
1543. & plures in rebus gravissimis, ipsamque ordi-
natio-

nationem Camerae, ann. 1555. item ann. 1557. ederet & promulgaret, semper ait: aus *Wollmacht* / sive, in *Nahmen J. Kayf. Maj. und für Uns als Römischer König* & res imperii æquè suas vocat, ac Augusti.

95. Igitur nec tum desit status Imperii esse verè Monarchicus; quia in cujusque Cæsaris & Augusti personâ una fuit summa potestas, individua, ac insolidum: *per §. 82. & 83. Quod Aurel. Vict. de Cæsar. in Trajano.* (qui Adrianum in Cæsarem adsciverat) ita præclarissimè expressit: *Ab hinc divisa nomina Cæsarium atque Augusti, inductumque in remp. uti duo seu plures, SUMMÆ potentia, DISSIMILES cognomento, ac potestate DISPARI sint.*

96. Aliud exemplum est in Principibus Imperii, qui & ipsi in territoriis suis aliquo respectu summam potestatem habent, quæ nunc dicitur *superioritas territorialis*: scil. ratione jurium territorialium. Etenim Principes Imperii eorumque territoria dupliciter spectantur; vel ut partes & membra totius Imperii; vel seorsim & singulatim, ut peculiariter territoria & principatus: Unde & duplicia jura existunt; alia communia totius Imperii, de quibus singuli Principes, ut membra ejus, participant; alia propria cujusque territorii seu Principatus, quæ ipsi proprio jure tenent, & in eo omnia jura, quæ Imperator in Imperio, exercent. Honorum jurium territorii sui, & in ejus cives, summa quædam potestas ipsis competit, nisi quædam specialiter excepta fuerint.

97. Illud verò huc non pertinet, quòd Reges aliquando extra fines regni, & sub aliena potestate Prin-

Principatus vel territoria possident: hi in enim regno summam absolutè potestatem habent; in cæteris non item: uti Rex Sueciæ in Imperio, *ex Pac. Osn. art. 10.* Non enim hi diversi respectus saltem sunt, sed diversa territoria.

98. Illud propiùs ad rem, quòd plures populi liberi, vel Principes cùm summa singuli potestate, inito inter se fœdere de tuenda re communi, hanc causam uni fœderis capiti, vel collegio committere possint, permisso in se imperio, & tamen nullâ summæ suæ potestatis, Majestatis, aut libertatis, delibatâ particulâ: quia quod exercetur imperium, non est à lege superioris, sed ex proprio pacto & fœdere; à quo proinde contrario quoq; dissensu recedere iterum possunt. *Vid. Disput. Generos. D. de Danckelman, nunc in suprema Curia Halberstadiensis Consiliiarii, de Imperio in pares §. 12. & seqq.* ubi exempla. Etenim duplex naturâ est obligatio: Una ex imperio magistratus superioris, etsi nulla pactio interveniat; Altera ex pacto proprio, quæ libertati & Majestati nihil planè detrahit. Atque ita quilibet liber homo in infinitum se obligare potest salvâ omnibus modis libertate. *Vid. d. disp.*

99. Qua ratione pariter intelligitur, qualis fuerit conditio Regum ac sociorum P. R. ex formula fœderis inæqualis, *ut Majestatem P. R. comiter conservarent*: quo nihil derogatum fuit ipsorum Majestati & libertati, non magis quàm cùm Rex maximus & potentissimus promittit alteri Principi longè inferiori auxilia adversus hostes, atque ad id fœdere factò se ei obligat; uti fit in omni fœdere offensivo: non enim illa obligatio Regis majoris est ex subjectione;
nec

nec alterius ex imperio Superioris, sed utrinque ex proprio pacto & placito. *d. Diff. §. 34. & seqq. de quo Grot. c. 3. §. 21. ubi n. 4. & seqq. quædam objicit, nec satis solvit; de quibus dicitur ad Lib. 2. cap. 15. (conf. l. 7. §. 1. ff. de Capt. & postl.)*

100. Nec alia est feudorum ratio; & qui regnum seu Principatum ex feudo tenet, non ideo fit ulla ratione subditus alterius; sed contra retinet verissimam Majestatem, etsi alteri fidelitatem debeat; quippe quam non debet nisi ex conventionione & fœdere inæquali: nihilque distat à Regibus illis, de quibus §. 99. dictum, nisi quodd institutis Francorum duplicis dominii mentio introducta; directi, quod conferenti reservatum; & utilis, quod Vasallo datum: quæ nomina, hoc saltem sensu Romanis ignota, at re & potestate idem ipsis in prædictos reges jus fuit. *d. l. 7. §. 1. & 2.*

101. Hinc in hujusmodi regnis quæ jure feudi habentur, eadem Majestas duobus rectè tribuitur: Domino, jure quodam directi; Vasallo, jure utilis dominii; & hæc quoque verissima est Majestas, & summa potestas. *per §. 98. 99. 100.*

102. Denique naturale est, quodd is, cujus est summa potestas, eam exercere vel per se possit, vel per alium: atq; ita aliud est jus proprium summæ potestatis; aliud ejus exercitium seu administratio.

103. Naturæ quoque regula est: Quod per alium quis agit, perinde esse ac si ipsemet egisset: cum alter non nisi instrumentum sit agentis: actio autem non est instrumenti, sed causæ efficientis; uti cum faber ferrum malleo cudit, actio illa non est in instru-

T
mento

mento, sed fabro. Nec interest, superior agens corpore concurrat ad agendum, an imperio vel mandato; quia, imprimis in agente rationali, initium actionis est à voluntate, eaque causa efficiens omnium quæ inde acta sunt, vel ab ipso, vel ministerio aliorum. (*conf. l. 18. princ. ff. de Adq. poss.*)

104. Hinc fieri potest, ut instrumentum seu Minister tantumdem possit, ac ipse dominus, si hujus ea sit voluntas vel mandatum; (*conf. l. 60. §. fin. ff. Mandat.*) & tamen hujus nulla erit potestas, sed tota domini mandantis. *per §. 103.*

105. Unde porro sequitur, nihil absurdius & vitiosius esse, quàm de jure summæ potestatis, vel superioritatis, ex effectibus statuere; qui iidem in ministro, ut in legato plenipotentiaro, esse possunt, ex jussu & voluntate Principis; vel in alio de facto. *§. seq.* Quod vitium perpetuò committit *Furstener. de Suprem. & superioritatis à suprematu discrimen fingit à viribus seu potentia educendi milites, quæ in se meri facti est, & nec jus, nec dignitatem Imperii mutat: & in aliis, imperii planè exfortibus, uti Mercatorum societatibus, eminere potest; quin & prædonum sæpe fuit maxima. (conf. Tac. 3. Ann. 73.)*

106. Non igitur jura ab effectibus, qui iidem ex diversis juribus esse possunt, sed à causis discerni debent; ut ostensum est in *Auton. f. G. cap. 13. §. pen. & ult.* Quæ regula faciliè & efficacius diluit omnia illa, quæ Grotius *d. c. 3. §. 12. usque ad §. 21.* tam latè, nullo certo fundamento nixus, de variis regnorum & rerum formis fundit. Res ipsa vel solo exemplo Dictatoris Romani docetur, cujus tanta olim fuit potestas, ut

ut nec ab eo provocatio ad ipsum populum fuerit ; & tamen nulla ejus propria fuit potestas, sed tota populi : quam non suo, sed administratorio jure, vice populi, à quo illa ad tempus ei concessa erat, exercuit ; unde & postea provocari inde ad populum potuit. *Liv. lib. 2. c. 33.* Uti & legato tam plena potestas dari potest, ut omnia, quæ Rex ipse, agere queat : nihil tamen agit jure imperii ; sed omnia jure mandati & administrationis. Quæ de variis Græciæ civitatum formis Grotius refert, huc non pertinent ; & ex dictis facile intelliguntur.

Ad Cap. 2. § 4.

107. Cùm Universi Creator, Deus, (qui hominem cum summa felicitate, cumq; hujus, & voluntatis suæ intellectu, & ita creavit, ut nec ulla ejus, aut ulla ulius creaturæ sit agendi facultas nisi ab Ipso concessa & permessa, *per §. 7.*) tùm summus sit omnium Dominus, cui proinde simpliciter obtemperandum ; *per §. 13. & 14.* tum summè bonus, & idè obtemperantes perpetuâ felicitate usuri ; *per §. 18. Auton. cap. 20. §. 18. 19. 20. & pass.* tum summè sanctus, & hinc non obtemperantes necessariò perituri sint. *per §. 19. Auton. d. loc.* sequitur inde, legem & conditionem creationis nostræ esse, ut homo Creatori suo, ejusque voluntati & legibus pareret, & vicissim felicem beatamque vitam agere posset. *per §. 18.*

108. Ex quo capite demonstravimus, idè potestatem cum summo imperio in terris necessariam fuisse, quæ hanc divinæ voluntatis legem, ejusq; fines, atque adèd, quod inde pendet, humanæ felicitatis bonum, regat, tueatur, & curet. *per §. 17. & seqq.* & talem

proinde potestatem ex necessariâ juris Naturalis consequentiâ in terris existere *per §. 17. & seqq.*

109. Quibus ita expositis jam porrò apparet, de quo inter Gentes quoque pulcherrimè convenit, originariè summi Imperii potestatem, quemadmodum civitates ipsas, justitiæ jurisque tuendi causâ constitutas fuisse; ei verò individuo vinculo annexam esse boni illius publici, seu salutis populi vigiliam & custodiam: cùm nec subsistere, nedum florere possit resp. sine justitia; nec justitia defendi, nisi floreat opibus & bonis, & maximè iis rebus, quæ sufficiant compescendis Civium, & propulsandis hostium injuriis. *de quo latè d. Auton. c. 7. c. 9. c. 19.*

110. Hinc igitur constat, naturali ratione duo esse summa summi imperii capita; & geminas divini hujus muneris, & quasi tutelæ publicæ, in genere partes: nempe, tueri (1) Jura ac justitiam; & (2) Reip. pacem ac populi salutem; verbo, bonum publicum. *per §. 108. 109.* Videndum ergo, quæ sint cujusque muneris facultates de quibus agit *Grat. c. 3. §. 6.*

III. Prior & primaria est potestas legislatoria, quam proinde *ἀρχὴν ἡγεμονικὴν principalem, & κατιστάτην regnatricem*, vocat Philosophus *Nicom. 1. cap. 1. & lib. 3. Polit. 12. in princ. & pass.* Illa duplex statui potest: *Alia*, quæ territorii finibus ac regionibus circumscripta est; atque in cives, & cæteros qui intra fines eos sunt, exercetur; & specialiter *imperium* dicitur; quod duo continet: *Primo*, jus cùm leges pro salute & utilitate publica condendi, tum condita à Naturâ jura religiosè servandi; *deinde*, utraque debite exequendi, quod fit *per judicia.* *Alia*, quæ in extraneos, ut jus belli. *per pos. 13. & 14.*

112. In

112. In genere igitur primi capitis, quod de justitia est, tres sunt summi imperii facultates: *Legislatoria*, specialiter ita dicta; *judiciaria*; & *militaris* seu *bellica*. Quod Philosophus mirificè illustrat *d. l. 3. Polit. cap. 12.* cujus initio summum hoc imperiū vocat *πολιτικὴν δυνάμειν τῆν πασῶν κυριαστικὴν*: *potestatem civilem omnium maximè regnatricem*: & tum in fin. sic ait: *Patet, quod in ea requiratur & justitia & virtus bellica: sine his enim stare civitas non potest. Hoc tamen interest, quod impossibile sit, sine his esse civitatem: sine reliquis (dixerat de subsidiis justitiæ tuendæ, vid. §. seq.) felicem & durabilem esse.*

113. Atque hoc primum caput est summi imperii, seu summæ potestatis civilis, de justitiæ cultu. Alterum est bonum civitatis publicum; ejusque cura ac custodia: quod magnum illud summi Imperii depositū est, & ab Aristot. *d. c. 12. in princ.* dicitur *ἀγαθὸν τῶν ἰέλων*: *omnium bonorum quasi apex*. Et hæc facultas appellatur *βουλευτικὴ, consultatrix* seu *deliberatrix*: quia est prudentia talem reip. statum tuendi, atque ita ei consulendi, ut quàm beatissima sit, & optimè floreat; seu, ut *Cic. lib. 8. ad Att. epist. 11.* ait: *Moderatori reip. beata civium vita proposita est: ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Hujus operis, maximi inter homines & optimi, illum (moderatorem reip.) esse effecturam volo.* Et idem *lib. 2. Offic. cap. 21.* *Omnes qui remp. gubernabunt, consulere debent, ut earum rerum copia sit, quæ sunt necessaria.* *Kid. Auton. c. 6. §. 19. & seqq. & cap. 7. in fin. & pass.* De his ergo in primis mature consultandum est.

114. Atque hæc divisio, plenior videtur vulgatâ illâ

illâ Aristotelis, quam affert Grot. *d. c. 3. §. 6.* nec tamen ea multum à nostra abit. Cæterum reliquis summi Imperii partibus aliâs reservatis, hîc Grotii ordinem sequi oportet; & de ea parte summi imperii agere quæ in bellis versatur.

Ad cap. 2. juncto lib. 2. cap. 1.

115. Bellum, (quod & de actu, & de facultate dicitur) in re legali est *Jus seu legitima facultas se aut jus suum per vim tuendi.* Malè verò Grot. *c. 1. §. 2.* belli naturam per statum exprimit; quia aliud est status belli & pacis; aliud bellum & pax. Sed nec jus à descriptione belli magis, quàm actionis, seungi debet: (*vid. princ. Inst. de Action.*) idemque est quod quæritur, & de quo quæritur: an scil. vis quædam licita sit? quia vis illicita non dicitur *bellum* (nisi abusive, ut *testamentum injustum*) sed *deprædatio, latrocinium &c.*

116. Tuemur jus nostrum vel invadentem pro-pulsando; vel, si nostrum in hujus potestate sit, ab eo id vindicando. Prius dicitur in specie bellum *defensivum*; hoc *offensivum*. Unde in proclivi erit demonstratio *Jurium Belli*.

117. Natura enim cuique facultatem tantum dedit in actiones & res suas, non alterius; sed contra, huic ipsi in suas propriam pariter concessit: *per pos. §. 1. 2.* quæ proinde invicem impedire non possunt. *per §. 77. 78.* Unde sequitur, hominem homini, ejusve rebus vim inferre naturâ non posse.

118. Ab eodem planè capite fluit ex adverso; si tu mihi rebusve meis vim inferas, me jus meum tueri & vim arcere posse: quia, datâ mihi à naturâ de actionibus rebusque meis statuendi facultate, etiam

am illud datum permissumque est, sine quo de iis statuere ac disponere, impedimentumque tollere, non possum. *per pos. 4. n. 4.* Quoties ergo Tu meo me jure, meo arbitrio uti non sinis, tu mihi vim facis, impediendo; non ego tibi impediendi resistendo. (*conf. l. 11. ff. de Vi & vi arm.*)

119. Quoniam igitur in id constitutum in terris est summum imperium, ut cujusque jus tueatur, *per §. 17. & seqq.* sequitur, quoad ejus copia est, me jus per vim tueri non posse. *per §. 117.* at implorato summi imperii officio, seu per judicia, posse. *per §. 111.*

120. Hinc, si deficiat Imperii aut Judicis copia, consequens planè est, hominem vi quoque; se ac jus suum tueri posse, atque tum unicum illud quod superest, & quod aded necessarium est, mei tuendi medium esse licitum. *per pos. 4. n. 4.* Neque verò tum ego tibi vim infero, sed à Te mihi illatam defendo. *per §. 118.* (*conf. d. l. 11. & l. 17. ff. de Vi & vi arm.*)

121. Cum igitur, quoties inter ipsas summas potestates de Jure contenditur, semper deficiat Imperii & judicii facultas, quippe quod nullum illæ agnoscunt; sequitur, si neutra pars injuriam fateri, & ultrò satisfacere velit, nunquam aliud ipsis restare medium juris sui asserendi quam vim & arma. Hoc igitur tum est justum utrinque bellum, etsi non possit esse justa utrinque belli causa: nam hæc committitur tum Dei, quem solum Judicem & Superiorem habent, Judicio, pendetque justitia causæ ab ejus eventu. *Vid. Disp. Gener. D. de Danckelm. de Just. præl. exit.*

122. Hanc permissionem vi suum jus tuendi, si alia

si alia via reliqua non sit, ipse æternus Creator illustribus argumentis præterea declaravit. Etenim hoc studium sui defendendi ipse ingeneravit non hominibus tantum, sed & omni animantium generi, idque tantâ curâ & admirandâ providentiâ, ut non tantum in natura animantium motum & affectum sui defendendi, qui omnium intensissimus & acerrimus, omniumque reliquorum motuum, quibus feruntur ad id quod sibi suisque bonum videtur, principium & causa est; sed & arma & instrumenta sui tuendi creaverit, & nec arma solum, sed & armorum sensum impresserit; aded ut jam antè quàm nata illa fuerint, vim suam sentiant, & sciant quâ corporis parte maximè valeant ad vim abigendam & ad sui defensionem: quæ latius exponit, & autoritatibus firmat *Grot. cap. 2. §. 1. & in not. quò nos remittimus.*

123 Cùm itaque tantâ sollicitudine æternus Creator prospexerit animantibus, ut inprimis curam haberent sui conservandi & tuendi, sine quâ nulla quoque species conservari posset; eamque aded hoc facto suo probaverit, & imprimendo quasi commenda- verit, nullatenus dubitari potest, quin, si hæc defen- sio non possit nisi per vim fieri, hanc quoque permis- sam voluisse. *per pos. 4. n. 4. (Conf. Cic. lib. 5. de Finib. bon. cap. 9. & seqq. ubi hoc argumentum, omne animal se ipsum deligere; imò, Omnem naturam esse sui conserva- tricem, perquam egregiè & copiosè persequitur.*

124. Quid verò præterea infulsius & ineptius est, quàm dubitare, Num pro necessaria defen- sione bella geri possint? cùm & oporteat; nec licitum saltem id sit, sed & officii. Ea enim est principalis illa

Ha pars summi imperii, quæ in Juris ac Justitiæ, adeoque in ipsâ divinæ voluntatis executione, occupata est, & vi geminâ exercetur: unâ in subditos contumaces seu maleficos, jure imperii specialiter dicti; alterâ in hostes, jure belli. *per pos. 13. & 14.* Et utraq; vistantum abest ut minus licita sit, ut & teneatur eâ uti is, cui tutela & executio juris & justitiæ à Creatore vice suâ injuncta est. *per S. 21.*

125. Quâ demum ratione profligatur penitus telum illud, quod Anabaptistæ petunt ex præcepto, *de non fundendo sanguine*, Noachidis dato, *Gen. 9. v. 6.* & in decalogo repetito; *Exod. 20. v. 13.* qui in utriusque præcepti generalitate ita sententiam suam desigunt, ut dimoveri inde se non patiantur. Et sanè, quæ Grotius respondet *cap. 2. S. 5. & seqq.* magis obfirmabunt hominum pertinaciam, quàm frangent: aded illa languent & frigent, & nervum rei non solvunt.

126. Ut igitur nihil generalitati utriusq; præcepti derodatur; dicimus, illud præceptum, quod solis hominibus datum est, nihil pertinere ad jus & potestatem summi imperii: quippe quod exercetur non jure hominis, sed vice & nomine ipsius DEI, qui Ipse illud per summos in terris magistratus exercet. *per S. 21.* Legem itaq; istam, *de non fundendo sanguine*, Deus hominibus tulit, non sibi, aut iis, quibus vices ipse suas in terris concessit. Præcepit hac lege, ne homo hominem occideret. Nullius ergo hominis jus est, hominem occidere; at summi Magistratus gladium, seu imperium suum, pace & bello, exequuntur, non ut homines, sed ut ministri Dei; unde, quæ exercent, Dei judicia dicuntur, & Dei bella.

U

liter

liter de eo qui sanguinem fudit, additur *Gen. c. 9. §. 6. Sanguis ejus fundetur* : per quos, nisi per summos magistratus ? Hi ergo geminam omnino personam sustinent; & spectantur vel ut nudi homines, & eo respectu non magis illi quàm alii homines sanguinem hominis fundere possunt; vel ut Dei quasi legati & ministri seu vicarii, in officio tuendæ & exequendæ justitiæ, cùm in subditos tum in hostes, divinitus ipsis permissio, quin injuncto.

127. Sed nec magis pugnat hoc præceptum cum defensione necessaria privati: quia causa & autor hujus necis non est qui se defendit; sed ipse occisus qui invasit, eoq; alterum ad necessitatem sui defendendi compulit. *per §. 117. & 118. de quo inf. pluribus.*

128. Ita demonstrato, bella ad defensionem juris necessaria naturâ licita esse, mittimus rationes, quibus Grotius *c. 2. §. 1. usq; ad §. 8.* ex omni jure prolixius id illustrat; cùm quæstio nunc tantùm sit de Jure Naturæ, quod unicum est, & quo solo summi Principes & populi liberi, inter quos jus publicum bellorum est, *Conf. l. 24. ff. de Capt. & postl.* invicem tenentur.

129. Unde illud omnium vitiosissimum nobis videtur, quodd Grot. *c. 3. §. 4.* peculiarem belli speciem fecit, in quo solennia quædam inter gentes recepta sint: atque ita duplex bellum publicum, solenne & minus solenne, sibi commentus est; utq; effectus belli speciales locum habeant, hæc solennia requirit: cùm tamen mera gentium placita, nisi simul sint naturalia, summas potestates non obligent: Atque hoc figmentum eò erroris abduxit Virum cætera summum, ut cuique actioni bellicæ duplex jus assignaverit, invi-

cem

cem contrarium, ita ut plurimi actus bellorum ex altero liciti, ex altero, quod *temperamentum* vocat, illiciti ab ipso perhibeantur; nec dubitaverit, librum tertium, & in eo totum bellorum processum, in duos jurium belli quasi tractatus discindere, & quæ à *cap. 4. usq; ad cap. 10.* bello permessa dixit, eadem à *cap. 11. usq; ad cap. 17.* repetens, prohibita statuere, quod & ipse *d. cap. 10.* non dissimulat; perinde quasi cuique liberum sit, sibi ex cerebro suo jus fingere, & prout incidit, vel in mentem venit, pro jure Naturæ venditare; quin ita secare & lacerare jura naturæ & bellorum, ut secum pugnent, nihilque certi in bellorum actibus definiiri possit.

130. Dicimus itaque 1. Unum tantum esse jus naturæ, quo bella & summi imperii jura reguntur; & quæ in bellis requiruntur solennia, esse pariter à Natura, ac præterea nihil ad quoscunque bellorum effectus desiderari; sed omnia eorum jura exactè & plenè ex uno illo fonte derivari: *de quo suo loco.*

131. Dicimus 2. Pessimè jura belli tribui *in d. 8. 4. n. 2.* Jurisdictioni, & sic confundi Jurisdictionem, quæ nulla est nisi in subditos, junctumque ei imperium speciale, cum bello, quod non est nisi in extraneos & hostes, & pars summi imperii generalis. *per §. III.* Utrûq; expeditur à summo imperio per vim, sed in altero vis inferitur jure imperii specialis; in altero, jure belli.

132. Unde iterum ingens errorum & confusio-
num agmen, & imprimis ineptissima illa Grotii *in d. c. 3. §. 5.* quæstio, An quod inferiores magistratus jus armorum exercent, publicum sit bellum? Hi enim nullum omnino jus belli habent, non magis

quàm singuli milites; sed mera sunt instrumenta ac ministeria summæ potestatis, cujus solius est jus belli; quod illa magistratibus vel expressè vel tacite, mandata scil. ipsis civitatis suæ defensione, committit; & quod ipse tum summus Princeps per magistratus illos gerit. *per §. 103.*

133. Sed his, & quæ plurima adhuc monenda essent, nunc non immorabimur; ne in immensum excrescant hæc theses. Etenim, si omnia notanda essent, nihil ferè, quantum ad jus naturæ, intactum & integrum relinqui posset. Neque enim dissimulare possum, mihi nullum Jus naturæ in Grotio apparere; & ne tunc quidem, cum sententia ejus juri naturæ congruit; quia conjecturis vel arbitrariè ille ita statuit, & fortuitum est, quòd id cum Naturæ rationibus conveniat. Abstinebimus igitur porro refutatione tali, nisi materiæ necessitas eam exigat.

De Bellis Subditorum in Superiores, aliisque bellis abusive sic dictis.

Ad Cap. 4.

134. Vidimus, naturâ Superiori, seu summo Magistratui, datum esse imperium in subditos. *per §. 17. & seqq.* Unde sequitur à parte Subditorum parendi necessitas, ex naturâ relatorum: non belli potestas.

135. Præterea ostendimus, summi imperii duo præcipuè esse capita; Tueri 1. Jus seu justitiam. 2. Bonum civitatis suæ publicum. Neutrum fieri potest, nisi, quid tale sit, primum constet, aut, si quid in ambiguo,

biguo hæreat, definiatur. Sequitur ergo, dato summo imperio, seu summa potestate tuendi justum, & bonum civitatis, ei conjunctum esse judicium seu arbitrium statuendi in re dubitabili, quid sit æquum & bonum; atque aded quid tuendum. *per pos. 4. n. 4.* Et, cum ided summum in terris imperium naturam constitutum sit, ut esset potestas, quæ Gentem humanam vice divini Numinis regeret, ejusque bonum ac felicitatem, quæ prædictis duobus capitibus constat, rectè temperaret; *per pos. 4. n. 3.* aded ut quicquid ad hanc *eudaimonian* cum tuendam, ornandam, perficiendam, tum maximè explicandam & definiendam pertinet, id omne summam imperii potestate, sollicitudine & moderatione, quin sub ejus quasi forma & natura comprehensum sit. *per pos. 4. n. 2.*

136. Judicium seu arbitrium non est nisi rei dubiæ & qualitercunque disceptabilis, ita ut deliberandum videatur, quid magis eligendum sit. Si enim appareat, quid æquum aut factu optimum sit, jam non judicio seu arbitrio res cognoscenda, sed cognita & certa erit, & vel justum bonumque, vel contrarium. Etenim, cum omnis publica Magistratus potestas imperii, quod tuendam justitiã & republ. continetur, finibus circumscripta sit, certum est, quã eos excedit, privatum esse.

137. Hinc dicimus, non esse bellum Subditorum in Superiores: ne quidem jure defensionis necessariæ. Etsi enim illa omnibus animantibus, nedum omnibus hominibus communis sit; tamen respectu Superiorum non esset illa defensio contra injuriam, sed rebellio adversus Imperium; quod est superioris, & cui parendum est, non resistendum. 138.

138. Neque causari possunt Subditi, se lædi injuriasq; pati; quia id non ipsorum, maximè in suâ causâ, sed Superiorum est judicium; quod non sibi sumere, sed ei stare Subditos oportet. Nec ipsorum est prætexere, remp. vastari, vel ei non rectè consuli, vel atrocità fieri: quia hoc omne judicium & arbitrium cum summo imperio in Magistratum translatum est; & Subditi nec de jure statuere, nec de bono reip. arbitrari possunt. Utrumque, (tum justumne an injustum; tum, expediat reip. nec ne?) est facultas magistratus & summi imperii propria; neutrum, Subditorum.

139. Qua re manifestum est, inter Magistratum & Subditos statum belli per naturam intelligi non posse; sed omnia, etiam armis, ex capite Imperii agi ad compescendos Subditos contumaces, & subigendos rebelles; uti ex capite belli ad debellandum hostem & tuendam remp. si cum extraneo seu hoste res sit.

140. Cæterùm, id anticipitis maximè quæstionis est, si Magistratus quid committat ut jure Naturæ desinat esse Magistratus, & vel privatus vel hostis fiat suæ reip. ut Athenis 30. olim tyranni, quid dicendum? Et duplex ea visio est: (1.) An committi ita possit officium Magistratus publicum? (2.) Quæ naturâ sint hujusmodi commissi effecta & consequentia?

141. Prioris quæstionis perpetua norma est §. 136. ut, quoadusque dubitari possit, justum an injustum, bonum an adversum sit, omne judicium & arbitrium sit magistratus, neque ullæ Subditorum partes nisi

nisi parendi *d. §. 136.* Si verò certa ac indubia sit a-
 ctus injuria, vel reip. noxa, atq; aded cesset judicium,
 magistratus, quat. notoriè, ut loquuntur, æqui seu bo-
 ni publici limites perrumpit vel excedit, non ut Ma-
 gistratus agit, sed ut privatus: *d. §. 136.* atque ided
 tum hæc. privatorum jure utitur.

142. In altera quæstione distinguendi sunt ex-
 cessus: qui vel privati sunt, vel publici. Prius de
 privatis: Tales sunt, cum Magistratus vel adversus
 privatos committit, ut Achab contra Naboth. *1. Reg.*
21. vel in rebus aut causis suis privatis, non in officio:
 uti Caligula & Nero stupris, incestibus & adulteriis
 infames fuère: qualia & Henrico IV. Cæsari objecta
 sunt. Et ex his causis non desinit esse Magistratus,
 in quem nihil commisit, sed, quoad excessum indubi-
 tatum, habetur pro privato. *per §. 141.*

143. Unde constat, actum hunc magistratus,
 quippe manifestè injustum, omni jure nullum esse;
 & nec jus nec obligationem inde nasci. Verùm, id
 maximè certatur, An talis privatus uti possit jure na-
 turali necessariæ defensionis, in extremo periculo,
 quo se, aut res suas, aliter tueri non potest? Equi-
 dem cum naturà id brutis quoque datum sit, non pot-
 est negari in homine. *per §. 137.* modò verè res posi-
 ta sit in statu inculpatæ tutelæ: scil. ut & injuria sit in-
 dubitata; nec alia eam evadendi via. Verumtamen,
 cum ita comparati sint homines, ut ferè judicium
 secundum se ferant, nec injurias suas viles habeant,
 facillimèque aded sibi persuasuri essent, se esse in sta-
 tu einer rechten Nothwehr / cum non sint: nihil intus-
 titius. & alex ac periculi plenius foret, quàm ejus rei
 arbitrium permitti subdito contra Magistratum.

144. Un-

144. Unde concludo, justale, ut privato licita sit die Nothwehre contra Magistratum, asserendum non esse: non quòd Natura intra justos terminos ei id negaverit; sed, quia hoc ipsum, num res sit in terminis necessariæ & inculpatae defensionis, Subditi judicio, cùm illud potius Magistratus sit, contra Magistratum permiffum videri non potest. Quodsi verò Subditus eo tamen jure utatur, & postea, causâ cognitâ, appareat, terminis inculpatae tutelæ ubique observatis ipsum Se vitamque suam defendisse, absolvendus erit. Equidem, cùm Saul Davidis vitæ jam immineret, nec appareret effugiendi locus, David tamen, cùm Regem in manibus haberet, ipsi pepercisset, 1. Reg. 24. ipse Saul agnovit illud pro beneficio, & fatetur, fuisse penes Davidem jus einer rechten Nothwehre/ cùm d. e. 24. v. 20. ait: *Quis, cum invenerit inimicum suum, dimittet eum?* Secus est, si privatus alium aggreditur, vel lædit: id enim factum suâ naturâ illicitum est, & adversus illud defendendi sui licentia naturâ cuique permiffa est, & si fines inculpatae tutelæ is excesserit, excessus ille punitur.

145. Atque ita summus Magistratus ob vitia privata non excidit summo imperio seu magistratu, in quo nihil commissum est. Et licet forte manifesta essent vitia, non tamen in terris potestas naturâ constituta est, quæ ea vindicet; cùm summa penes ipsum sit potestas, quæ aliam superiorem, vel judicem non agnoscit nisi Deum. Neque de jure necessariæ defensionis quæri potest, cujus casus est, cùm quis alium invadit, spoliât, lædit; non cùm aliàs infamibus vitiis se polluit. Superest ergo, horum vindictam

Etiam soli Deo, ipsiusque tremendo iudicio reservari. Unde intelligitur causa, quæ duos Historicorum Principes, Livium, *Lib. 24. c. 5. & 7.* & Polybium, *Excerpt. Legat. lib. 7.* collisit in historia Hieronymi, Siciliae Tyranni, qui propter infamissima crimina occisus est. Hunc enim Livius jure; Polybius injuriâ cæsum ait; *dd. loc.* non tam juris, quàm facti dissidio: quia Polybius testabatur, privata saltem crimina fuisse. *d. lib. 7.* Atque hæc de privatis. Videamus jam de publicis excessibus.

146. Hi in officio committuntur, & vel adversus ipsam remp. vel in populum promiscuè. Et hæc quoque causa pariter certissimam regulam & decidendi Legem accipit *ex d. §. 137.* Quousque enim dubitari potest, num factio hoc adversus remp. vel populum, vel ultra notissimos summi imperii fines motus quid fuerit, ipsius iudicium, omnemque summum Magistratum ipsi integrum, ejusque arbitrio standum, nec ullam populo causam querendi esse, qui iudicium cum summo imperio in ipsum transtulit, ibi ostensum est.

147. Hoc & præclarissimè Samuel, *1. Sam. 8. v. 11.* in concione populi Regem sibi poscentis; & hæc regula ac ratio, divini Vatis sententiam docet. Ille quippe jura futuri Regis recenset, fines seu limites cujusque juris non addit. Tueri scilicet oportet populum seu remp. & regiam unam dignitatem, sine qua nec resp. potest, communibus civium viribus, operis, ac præfidiis; idque naturali ratione, quia ipsorum res est, & ideo in civitatem coiverunt. Hæc igitur, ut ipsi concludere videtur, exigere, Regis est. Quæ verò alia Jurium genera nominat Samuel, quàm jura illa re-

galia exigendi à subditis operas, angarias &c. eosque adigendi ad munera & officia publica, atque ad ministeria aulica utriusque sexûs; *d. c. 8. v. 11. 12. 13. 16.* & constituendi ærarium publicum, ad ministeria & officia publica, aliaque onera reip. sustentanda; sive colatis fundis, sive reddituum portionibus, decimis &c. *v. 14. 15. 17.* Non quòd in infinitum alia onera imponere possit; cùm tantum possit ad necessitates & utilitates publicas; sed quia Regis iudicium est, quid sit è republica? Unde, etsi ipse duriora imperet, cùm certus & status à natura modus præscriptus non sit, nullus subditis querulandi aut repugnandi locus relinquitur. *d. cap. 8. v. 18.* Exposuit itaque iussu Dei Samuel populo, quæ lege Naturæ & Gentium sint Inra Regis; & in primis, de horum finibus non populum, sed Regem solum statuere posse, ipsiusque, ut summi moderatoris, quin vice Dei, iudicium esse, &c.

148. Atque hæc ita de casu, quo res quodammodo adhuc dubia est. Dispiciendum jam de altero, quo excessus manifestus & planè certus est. Et eadem hîc regula tenet: nec hoc casu committi summum imperium Magistratûs, sed quoad excessum manifestum pro privato haberi, ut *sup. §. 141. & 142.* Uti si leges imperet juri naturæ vel divino morali contrarias; vel quid statuatur reip. noxium, idque manifestum sit. Planè enim certum est, id irritum & nullum esse, & nec jus nec obligationem parere: *sup. §. 143.* quia id extra fines summi imperii est, à quo solum omnis publica ejus potestas unice pendet, & extra ejus limites nulla est, sed ipse privatus, qui nihil de rep. statuere potest: adeoque quæ ita statuit, neminem obligant, sed abolenda sunt. At non desinit esse summus
Ma-

Magistratus, etsi in officio committat : quia naturali ratione ex eo, quod quis in officio quoque committit, oritur saltem obligatio ad reparandum & tollendum excessum; *per pos. 7.* non autem regulariter privatio officii.

149. Videndum ergo, quibus excessibus summum imperium commissum, magistratusque amisus jure naturali intelligatur? Et dubitari planè nequit, si summus Magistratus tendat ad evertendum rempubl. ejusve statum; aut grassetur in perniciem populi, idq; manifestum sit, quin ipse hostem induat, eoque desinat ipso jure esse Magistratus. Hæc enim per naturam simul stare non possunt, esse summum Magistratum, qui tuendæ reip. ac servando populo constitutus est, & tendere ad evertendum reip. statum, vel populū: quod hostium & hostile est. Fit igitur ille ex Magistratu hostis & perduellis; ex cive & civitatis capite, peregrinus. Et, cum civitas seu populus in corpus coierit status sui tuendi causâ, non potest amplius videri corporis illius membrum, qui aded ab illo se separat, ut ejus incolumitati insidietur: quæ pugnant cum affectu civis, & animi odiiq; hostilis sunt: uti fuere Athenis 30. tyranni; *Infl. 5. c. 10.* Romæ Decemviri. *Liv. lib. 3. c. 48. 49.* Et tales Cajus ac Nero visi, & hostes judicati sunt. *Suet. in Neron. c. 49. D. Cass. lib. 63. in fin.*

150. Everti autem reip. status intelligitur, etiam cum pars status præsentis, secularis vel ecclesiastici, evertitur: cum per partes totus ita perverti possit.

151. In perniciẽ populi, quẽ tueri oportuit, grassari intelligitur, qui etsi nõ pariter in omnes sæviat, ita ta-

men promiscuè, ut periculum, terror, exemplum, ad omnes pertineat; Liv. *lib. 3. c. 36.* Quod Claudianus *de Bell. Gild.* ita pulchrè expressit:

Instat terribilis vivis; morientibus heres:

Virginibus raptor, thalamis obscœnus adulter:

Divitiisque dies, & nox metuenda maritis.

Quale & factum recenset Diodor. *lib. 2. c. 60.* &c.

152. Tale quoque est, cùm Magistratus leges communi consensu pro tutelâ statûs præsentis latas pervellit: vel, cùm non tantùm leges adversus jus Naturæ fert, *Vid. §. 148.* sed & vi in invitos exequi, & conscientias, in quas imperii nulla vis est, cogere parat, ut in historia Assamonæorum. *Machab. lib. 1. § 2.* Quo factò, etsi fortè errantes, multò deteriores, hypocritas scil. & simulatores Deo mentientes, faciunt, (conf. *Matth. 23, 15.*) quæ scelera in cogentium, quippe Autorum, capita omnind redundant.

153. His casibus & excessibus igitur, quibus definit summum imperium seu magistratûs, redire illud ad populum, vel eum cujus summa tum in rep. est potestas, necesse est: Et huic aded tum suæ reip. ejusque status præsentis, legumque ac civium custodia ac defensio incumbit. Quæ proinde tum non peragitur ex causa belli juris gentium, quod non est nisi inter duos liberos populos, *per §. 119. & seqq.* sed ex causa imperii specialiter dicti. *per §. 111.* De quo jam plus satis.

154. Fieri verò etiam potest, ut summus Princeps lædatur ab alterius Principis subdito; vel contrâ. Verùm id huc non pertinet, sed ad judiciorum ordinem. Cùm enim ille, qui læsisse dicitur, alii summo Principi subjectus sit, eumque judicem habeat, hujus

hujus forum Princeps læsus, idemque actor, naturâ sequitur: Quodsi verò Judex iste jus negâsse, vel ritè non administrâsse dicitur, tota hæc quæstio jam est inter duos hos summos Principes, quæ non nisi belli jure decidi potest. Et è contrario, si Principis Subditus ab alio summo Principe læsus sit, is quidem Judicem, quem Princeps nullum in terris agnoscit, adire non potest; at sui Principis officium implorabit, ut ille jus suum tueatur, prout naturâ tenetur; qui si Principem lædentem requisiverit, ut satisfaciat, nec impetraverit, iterum causa hæc inter duos Principes vertitur; nec nisi Martis arbitrium superest.

155. Porro quod si corpus civitatis liberæ, cui summi Imperii potestas conjuncta est, in duas partes scissum ac divisū armis secū dimicet, naturale id bellū non est; quia neutri parti inhæret summa imperii potestas, cujus est jus belli; sed toti corpori: nedum erit bellum justum vel licitum; quale jure Gentium non est nisi in casu singulari, cum illud geritur inter summas utrinque potestates, quæ Judicem alium in terris non habent, reip. suæ tuendæ, & hostis inde arcendi causâ.
per §. 121. & seqq.

156. In bello verò civili partes utrinque non sunt nisi privati, nec ob tutelam reip. vel populi, sed ob sua commoda, rerumque suarum rationes bellum gerunt, nec tendunt ad adferendam ab hoste remp. sed lacerandam inter se ac turbandam. Igitur tale bellum est instar turbæ in mutuas cædes armatæ; & vis illa, instar rixæ; & magis tumultuatum quàm bel-latum videtur; ut loquitur *Flor. lib. 4. cap. ult.* Inde ergo nulli sunt effectus belli juris gentium, sed damno-

rum utrinq; datorum reparandi obligatio : quæ non aliter nisi transactione tolli potest : idque *diurnicia* dicitur, nec jura Pacis habet. *Vid. Diss. de Postlim. & Amnest.*

157. Pariter cùm civitatis Corpus integrum & quietû est, sed ei imminet vel potens prædo, Pyrata, vel alius invasor, opibus & copiis validus, nullum erit cum eo bellum jure gentium nisi invasor iste sit cum summa potestate. *per §. 119. & sq.* sed potest utiq; qui invaditur vel læsus est, Princeps vel populus, vi se tueri, ex geminâ maximè causâ : (1) Jure privatæ defensionis necessariæ, ut quilibet privatus, qui aliter se tueri non potest : quod enim privato seu singulis naturâ licitum est, id magis toti populo. *de quo inf.* (2) Jure summi imperii; non ejus quidem, quod ad caput belli; sed, quod ad caput imperii specialis pertinet. *per §. 27. in add.*

158. Idque planum omnino est, si prædones sint de territorio Principis læsi, aut, si extranei, illud aggressi fuerint; quia tum res agitur & vis exercentur intra summi imperii fines, adeoque tanquam in subditos.

159. Quid verò, si Prædones extranei ipsum non lædant, sed in alios passim grassentur? Et ex *addit. ad §. 27.* sequitur, nec hanc eos armis persequendi potestatem esse ex causa belli, cùm non sint utrinque partes, quæ superiorem non habent. Quo ergo jure, cùm extranei sint, nec imperio isti subjecti? Ostendimus *in d. addit.* originariè summum imperium, à naturâ constitutum, fuisse universale totius humani generis, & potestate sua comprehendisse omnia, quæ ad salutem, & pacem hominum universalem pertinent. Illud verò divisione terrarum ac Gentium, sine

sine ulla detractiōe, transiisse ad singulos populos li-
 beros, quoad jura dividua, seu cujusque populi pro-
 pria, pro diviso, ita ut unusquisque populus liber seu
 Princeps, solus intra sui territorii fines summum im-
 perium habeat, omnes in alieno privati sint: quoad
 individua vero, seu quo ad rem totius humani generis
 indivisim spectantia, pro indiviso, ac ita ut cuique li-
 bero populo seu summo Principi in solidum, pro na-
 turâ individuorum, cohæreat, atque aded à singulis,
 extra terrarum quoque suarum fines exerceri, vel
 plures concurrere possint: quo casu usu Gentium
 directio penes præcipuū esse solet; uti in orbe Christia-
 no saltem penes Imperatorem. Vid. *Disp. Generos. D.*
de Schalsheim. de Domin. orb. cap. 2. & 3.

160. Vi ergo hujus Imperii universalis cuilibet
 populo libero, etiam ultra territorii sui fines, jus est ar-
 mis persequi & subjugare Prædones ac Pyratas, non ju-
 re belli, sed jure summi istius Imperii universalis,
 quod divisim quoque terris cuique libero populo in so-
 lidum annexum est. Hinc illa bella Pyratice P. R.
 duce Servilio, & deinde, Pompejo, adversus Py-
 ratas, qui omnia propè maria obsederant. Vid. *Flor.*
lib. 3. cap. 6. Cic. pro leg. Manil. cap. 13. 14. 15.

161. Cæterum, quod diximus, unumquemque
 summum Principem, etiam ultra fines territorii, jure
 Imperii hujus universalis armis vindicare pacem &
 salutem humani generis posse, ita intelligitur, modò
 ne alterius summi Principis terras vi armatâ ingres-
 sus fuerit; quia in iis, ut dictum, privatus est, & quæ
 intra earum fines sunt, ad istius Principis curam ac
 potestatem unicè pertinent. Quodsi tamen iste Prin-
 ceps

ceps vel populus quoque sit Prædonum seu Pyratarum receptator, aut Patronus, aut ipsemet prædo, jam jus belli, tanquam in hostem, qui alium judicem non habet, valebit.

162. Etsi verò omnes hæc species abusivè bella quoque vocentur; tamen bella juris Gentium non sunt nisi inter utrinque hostes, i. e. extraneos, qui Judicem non habent, per S. 119. (conf. l. 24. ff. de Capt. postl.) Unde hæc vocant *bella hostilia*; alia verò *civilia*, &c. quia Cives hæc inter se gerunt, qui utrinque privatorum loco sunt, S. 156. Reliqua ita dicuntur, quia vi & armis utrinque res geritur, ut in bellis solet, cum pendeant à Jure Imperii, ut dictum.

163. Ita bellum Sertorianum longè fuit maximū, & totius Imperii Romani viribus cum universis Hispaniæ aliisque populis gestum magnam, orbis partem pertonuit: de quo Flor. lib. 3. cap. 22. ait: *Hostile potius an civile dixerim, nescio*. Sed frustra: quia universæ Hispaniæ P. R. subjectæ erant, & Sertorius Dux, miles, & subditus Romanus, & ex Syllana proscriptione exul. Quod & mox agnovit Flor. d. c. 22. in fin. ubi refert, in favorem Metelli & Pompeji, qui Duces ejus belli fuerant, pro hostili habitum: *Duces inquit, externam (i. hostile) id magis quam civile bellum videri voluerunt, ut triumpharent.*

164. Ex iis, quæ de legitimo magistratu in hostem mutato diximus, patet, quid statuendum de eo, qui summum Imperium de facto invadit: (quorum ille *Tyrannus in exercitio*; hic *in occupatione* vulgò dicitur) hic enim nullum jus belli aut victoriæ, (quo Principatus jure Gentium obtinentur) habet, adeoque

adeoque invasione suâ non magis acquirit Principatum vel summum imperium, quàm prædo aut fur rei surreptæ dominium.

165. Utrique ergo commune est, quod mediis temporis Acta non valent, sed ipso jure nulla sunt. *per. pos. 7.* Sed cum id conjunctum ferè sit cum summo reip. periculo, aliorumque insontium, quorum causâ res gestæ sunt, præjudicio, ultro à populo vel Successore, confirmari illa, prout è re visum fuerit, sæpe necesse est: unde generale jus factum in specie *l. fin. ff. de Off. Prat.*

166. Ita Claudius omnia Caligulæ acta rescidit: *Sueton. in Calig. cap. 11.* At, cum Lepidus pariter acta Syllæ rescindere pararet, fas quidem id visum fuit, sed obstitit utilitas & præjudicium reip. *sine cujus magna clade id fieri non potuisse testatur Flor. lib. 3. cap. ult.*

167. Cæterum in hac quæstione notandum, discrimen inter jus & possessionem à jure naturæ esse, atque ex eo à Jctis Romanis accuratè evolutum, ut suo loco demonstrabitur. Hujus verò possessionis, (quæ est facultas naturalis rem tenendi:) etsi ipsa nec sit species Juris, nec Jus inferat, sed interim saltem, donec de jure decidatur, instar juris tuenda sit, incredibile tamen est, quàm insignes jure Gentium quoque ejus sint effectus: de quibus suo loco. Hic de invasore Regni.

168. Quodsi igitur Invasor legitimum Regem armis vincat, & regno ejiciat, hic Rex esse non desinit, sed jus Regni ipsi integrum est, *per §. 162.* At verum est, non Regem, sed invasorem possidere regnum: & hoc in hujus, non Regis, potestate naturali esse.

169. Unde primùm sequitur, durante hac vi & possessione, cives vel subditos non teneri parère jus-
sibus & legibus Regis, etsi legitimi : Non quòd jure
ei obligati non sint ; sed quia non possunt : cùm non
sint in sua potestate, sed Invasoris. Naturâ autem
nemo tenetur facere, quod facere non potest ; ve-
rumque aded est, impossibiliùm nullam esse obligatio-
nem. (*conf. l. 185. ff. de Reg. Jur.*)

170. Deinde, reliqui populi non subditi, sed
medii, vulgò Neutrales, non possunt, salvâ pace, ni-
si possessionem sequi. Enim verò, cùm de Regno in-
ter Regem & Invasorem actu armis decertetur, con-
sequens est, si in hac armorum lite populus aliquis uni
parti præ altera faveat, & vel factò alteri assentiat,
hoc ipso desinere eum esse medium, & fieri alterius
partis hostem : sunt enim omnes hostes qui hostile ju-
diciùm quomocunq; sequuntur. de quo ad *Grot. lib.*
3. cap. 19.

171. Necessè igitur est, ut populi medii neu-
trius partis causæ se immisceant, aut ullo indicio al-
teram præ altera probent ; sed factum pro jure ha-
beant ; id est, ut qualitercunq; eventus armorum,
& in quamcunq; partem volvatur, eum utrinque
sequantur. Quæ & causa est, cur usu Gentium po-
puli & Principes medii cum tali Invasore jura Pacis,
belli, fœderum, legationum, & cætera Juris Gentium
negotia ac commercia, perinde ac cum legitimo Re-
ge, observent & exercent. Neque impedit quod il-
le, ut posuimus, Invasor, adeoque privatus sit : quia
tamen est in possessione Regni & Regiæ potestatis ;
quam solam populi medii respiciunt, & respicere o-
portet ;

porter ; quia eam deserendo aut improbando desinunt esse medii, & hostis personam induunt.

172. Præterea & illud inde sequitur, etsi lis illa armata cum Invasore quàm diutissimè suspensa maneat, & possessio hæc violenta duret, tamen jus nulla re immutari. Unde, si fortè inter reliquos populos vel Principes medios sint, quibus cum eodem regno vel Rege controversia intercedat, vel aliàs ipsorum interlit, nullum ipsis præjudicium affert, quòd possessorem tanto tempore passi & secuti fuerint : quia id non ab ipsorum arbitrio pendet ; sed est à potestate juris. Non enim patiuntur possessorem, quòd eum agnoscant Rege legitimum ; sed quia ipsi in ea causa & armorum lite Judices non sunt ; adeoque, si illud sibi arrogent, ex mediis hostes fiunt, & hostile judicium sequuntur. Nihil igitur præjudicii ex hac patientia inferunt causæ suæ, quæ ipsis integra est cum populo, quisquis huic interim præfuerit, Rex, an Invasor. prout ea ante paucos annos in notissima causâ Regia latè deduxi.

173. Cum igitur talis violenta invasio & possessio nemini jus suum auferat, *per pos. 7.* adeoque eâ non obstante jus regni integrum sit & Regi & populo, licitum utrisque semper est, si suis vel amicorum opibus instructi possint, invasorem expellere, Rege recepto : etsi Subditi fidem jam dederint ; quia id vitio factum : Sive enim coacti dederint, vitium est à vi ; si sponte, à perfidia ; quia jus Regis extinguere illi non possunt.

174. Quodsi verò, qui regnum invadit, liber populus vel princeps sit, qui jus in illud sibi esse contendit,

dit obtinent jura bellorum & victoriæ; & jure Gentium cedit illud victori. (*Conf. Diss. de Jur. Vict.*)

Ad cap. 5.

173. Alii sunt qui bellum gerunt; ille scilicet cuius causa est ac bello agitur, qui & dicitur *Herr des Krieges* / (*conf. Rec. Imp. 1541. §. 54.*) alii qui gerentibus assistunt; alii, per quos gerunt bellum.

176. Alteri assistere adversus injurias bonum opus est, perinde ut alteri bene facere; idque adeo & licitum est naturæ, & laudabile ac virtutis.

177. Verum, cum in bellis utraqve pars jus sibi asserat, & uterq; injuriam ab altero sibi fieri contendat, is qui alterius parti assistit, eandem cum ipso belli fortunam suscipit, & fit hostis alterius: quia eorum, qui hostes ipsi sunt, judicium & partes sequitur. Igitur adjutor asserit quidem, se jus suæ partis adversus injurias alterius tueri: at hic est contrario, sibi ab utroque injuriam fieri ac jus denegari. Et hæc ergo quaestio quoque, cum Judicem non habeat, ab exitu armorum pendet.

176. Itaque potest hostis in adjectorem perinde ut in hostem ipsum, & si copias saltem miserit, in has perinde ut in exercitum hostilem, cujus pars sunt, non modo sine ullo novo facto hostium more agere; sed & ex hac operis hosti præstitæ causa novum bellum ei denunciare; si autem ipse adjutor militet, etiam sine denunciatione jus belli in ipsum exercere. de quo *ad lib. 3. Grot. c. 3.*

176. Cæterum non potest adjutor bellum gerere, si Principalis nolit, vel suo jure non utatur; quia

quia is injuriam remittere, vel saltem suspendere adhuc & deliberare potest: atque ita Adjutor neque suo jure vim facere potest, quod nullum habet; neque nomine Principalis, qui suo jure non utitur.

179. Omnia verò bello capta cedunt ei soli, qui bellum gerit, seu cujus est causa; cujus & onera sunt; quia ejus est negotium, res, actio; & ejus nomine universum bellū geritur. *per pos. 5. n. 1. 2. de quo alibi.*

181. Bellum Princeps gerit percives vel Subditos suos, qui ad patriam suam & remp. ejusque jura defendenda naturā adstricti sunt, & idē in civitatem coiverunt. Illi igitur vel ipsi militare, vel conducto milite, stipendia solvere tenentur, prout Principi visum fuerit. Quæ & ipsa huc non pertinent.

Ad Lib. 2. cap. 1.

DE DEFENSIONE NECESSARIA.

180. Affine bellis caput est, de jure necessariæ defensionis privatorum; eademq; hujus ac bellorum principia: sc. quoniam Judicis, qui defendat, copia non est; quæ jam sup. evolvimus: Et hæc igitur materia sat trita brevissimis adhuc annectenda est.

181. Ostensum itaque jam est, quòd jus seu facultas à Creatore nobis concessa à nemine impediri, nobisque auferri possit. *per Pos. 3.* Et, quòd concessa facultate, omnia intelligantur concessa, sine quibus illa exerceri non potest. *per Pos. 4. n. 4.*

182. Hinc planum est, si quis te invadat, vel impediatur te jure à natura Tibi concessio uti, Te jus tuum defendere judicio, si ejus tum copia sit; si verò hoc tum deficiat, vi etiam propriâ posse. Aggressorem igitur suum, etiam furiosum, qualitercunque propulsa-

re,

re, & si alia tuendi ratio non est, etiam occidere quisq; potest. Quod quàm providenter omni animantiũ generi & sensui Natura insculpserit, *Vid. §. 115. & seqq.* Atque ita jus illud contra aggressorem manifestum est. *per Pos. 3. n. 4.*

183. Verùm, plus dubii est, si periculum non sit ab aggressore, sed ab alia causa, ut in exemplo Grotii, §. 4. Finge in vasum per angustum præcipitium, in quo claudus, vel infans positus est, qui viâ cedere nequeat, fugientem, quæritur, an eum præcipitare possit, sialiter fugam expedire nequeat?

184. Quin procedamus ultra ad exempla, quibus Carneades abusus est ad justitiam destruendam: ut, si naufragio factò unus tabulam arripiat, an alius validior eam ipsi ad se salvandum eripere; vel, an fugato exercitu militem equo fugientem alius dejicere vel occidere possit, ut equo ipse evadat? Quæ tum Roma quoq; mirata est, & *ἀπορα* visa sunt, atq; refelli à Cicerone non potuisse refert Lactant. *lib. 5. cap. 16.* & nec ipse refellit, sed ad Theologicos sensus rapit, de quibus quæstio non fuit.

185. Totum pendet à natura concessæ nobis facultatis, cujus verbi vim certissimamqve notionem ac naturam mirum est aded non expendisse Viros doctos, maxime qui jus Naturæ scribere ausi sunt. Facultatis enim ea perpetua ac immota natura, & substantialis forma est, ut eadem pluribus simul concessa, nullius in solidum esse possit: *per §. 77.* Sanè enim majus portentum ostentari non potest, quàm ejus qui dixit, jure naturæ facultatem omnibus in omnia competere: nihilqve magis Naturæ repugnat, & ab omni sensu

sensu communi ac sana ratione exerrat. Ut facile appareat, quale jus naturæ sperandum sit, quod dicitur à tali monstro, quod omni hippocentauro monstruosius est.

186. Inprimis igitur ita certissime Naturam comparatum est, ut, cum plurium facultates concurrunt, illæ invicem impediunt, tantumque alteri facultatis decedat, quantum inde alteri accesserit; & hæc non sit potentia, sed impotentia. Hæc quantum sanior doctrina est Juris Romani: (*conf. l. 3. §. 5. ff. de Adq. poss.*) cujus perpetua hæc regula est; *Concursu partes fieri. sup. §. 78.*

187. Hinc igitur facile resolvuntur prædicta illa ἀπορα: falsumque omnino, licitum esse fugienti per præcipitium, deturbare inde hominem, qui viâ cedere nequit: nam & huic à naturâ æquè concessa est sui defensio ac alteri; & utrique par jus, quod invicem auferre nequeunt. Verum hoc vitium non est in fugiente, sed persequente; quia hujus actionis & homicidii autor est, eique persecutione sua causam dedit, & ad necessitatem præcipitii alterum adegit. *per §. 56.*

188. Pari ratione falsum est, in naufragio alterum alteri tabulam, quam occupavit; aut in fugâ exercitus equum eripere licere. Neque verò hæc est suæ rei defensio, sed alienæ invasio & spoliatio: & naturam igitur plus juris est alteri ad suum servandum, quam alteri ad spoliandum. Cæterum alia quæstio est, an & quousque tanta necessitas & metus mortis excuset ab ordinaria poena homicidii. Quod autem de stultitia talis juris nugatur Carneades, fuscè explosum jam est *Exerc. 1. §. 139. & seqq.* 184. Mit-

189. Non moramur ea quæ Grotius d. §. 4. de lege Evangelica, & lege dilectionis, erronea ac pugnancia; ex Thoma, non occidi ex intentione, barbara affert: Res enim perspicua, & sensus in genere est, eum, qui semet defendit, occidere alterum, non hujus odio & animo hominis occidendi, sed sui studio naturali, & animo sui defendendi.

190. Requiritur ergo in primis, ut alia ratio effugiendi periculi prodita non appareat; indeque sit absoluta sui defendendi necessitas. Secus ergo est, si necessitas sit à culpa vel vitio occidentis, ipsique imputari possit. Quid enim si quis bonis & valetudine luxu decoctis jam famem sedare non possit, nisi cibis alii ablati?

191. Incipit verò hoc jus defensionis ex quo inimicus tuus aggredi te parat: & jam desit evadendi copia. Neque igitur sufficit invadendi metus, quem tu tibi facis, & qui tuis actus est: (*conf. l. 9. princ. l. 21. princ. ff. Quod met. caus. l. 3. §. 6. ff. de Vi arm. nec morari teneris dum alter imminet & ferit, quia vel hoc ictu, qui ad mensuram non datur, sterni posses.*)

192. Naturâ igitur defensio necessaria non est, nisi à momento, quo & de animo invadendi, & de impotentia effugiendi constat. Verum iste rigor Juris Naturæ in præsentî hominum statu attendi ideo non potest, tum quia inimicus tuus animum dissimulare, & ex improvîso te adoriri posset; tum quia evadendi viâ esse, sed te latere, possent. Cum igitur exitum ille rigor habere non possit. (*vid. Exerc. 1. §. 23. & 99.*) attemperari eum ad humanæ imbecillitatis sensum necesse est.

193. Pri-

193. Primùm ergo sufficiet, si justa fuerit invasionis opinio, & v. g. inimicus ita se paraverit, & intruxerit, ut aliud suspicari non possis. Et deinde, si nesciveris esse aliam evadendi viam, ignorantia inculpatâ.

194. Cæterùm culpam opinionis & ignorantie jure Gentium ad mediocritatem redactam, ac ad præsentem hominum conditionem moderandam, idque accuratè & quàm optimè jure Romano factum temperatumque fuisse, videbimus suo loco. (*Vid. Collat. Jurid. ad Dn. Struv.*)

195. Est igitur hæc quæstio non de jure, sed de facto, an fueris in vero statu necessariæ defensionis: cum enim fatearis, Te hominem occidisse, non poteris ab homicidio absolvi, nisi probato statu inculpatæ tutelæ. Quod si ergo testes nulli adfuerint, nec probari ritè id possit, sed dubium tamen sit, succedit illa naturæ & utriusq; juris regula: *In dubio præferendum quod verisimilius est.* (*conf. l. 114. ff. de R. J. c. 47. eod. in 6.*)

196. Hinc verò plura occurrunt, quæ factum implicant: etsi enim fortè verisimile feceris, alterum fuisse aggressorem, tamen plura quærentur: v. g. An fueris, vel credideris Te fuisse, in præsentis periculo, nec aliter evitare illud potuisse. Quod cum non nisi jurej. tuo patefieri possit; illo præstito superest adhuc dubium, opinio illa justa an culposa fuerit; & si judex animadverterit qualemcunque excessum, eum pro modulo suo vindicat. Unde patet, luculentas illas decisiones *Ord. crim. Carol. art. 139. & seqq. usque ad art. 146.* rationi & naturæ convenientissimas esse.

197. Cavendum verò, ne pro inevitabili periculo & necessitate habeatur, quod tale non est. Equi-

dem, si mortis periculum immineat, res dubio caret. Idemque est, si vulneris, mutilationis, &c. nam & illud est irreparabile, & e vulnere mors sequi potuit.

198. Quodsi res tantum in discrimen veniunt, uti cum fur vel prædo eas invadunt, certum utique est, dominum res suas defendere adversus eos posse; sed, num & eos occidere, si alias res secum ablaturi sint, magis dubium videtur. Sed naturæ ratione inspectâ id negandum est; quia reparatio rerum ablatarum per judicia fieri potest ac debet. Et cum, igitur hæc ordinaria sit defendendi juris sui ratio, jure naturæ constituta, nondum fingi potest necessitas furis occidendi. Quodsi verò reparatio non fiat, cum possit, vitium id & culpa Judicis aut alterius erit, non defectus remedii juris sui tuendi.

199. Verum fieri tamen potest, ut illa res ablatas judicio recuperandi facultas deficiat: veluti, si noctu fur ædes furandi causâ ingressus est: etsi enim deprehensus fuerit, si tamen cum rebus noctu elabatur, spem recuperandi aufert ejus judicio conveniendi furtique probandi impossibilitas. Interdium enim & testes & auxilia sunt, ut fur comprehendi, agnosci, convinci, & furtum acclamatione, accursu &c. in publico & aprico constitui possit. At quis obscurâ nocte furem noverit, & licet dominus ipsum cognoverit, unde probabit, ipsum furem fuisse, furtum fecisse, res secum abstulisse? &c. cum noctu omnes tectis suis clausi, somnoque sepulti sint. Neque proinde fure ita cum rebus elapso, facultas domino relinqui videtur, ejus postredieprehendendi, conveniendi, & convincendi.

200. Hinc decantatissima illa lex, trium præcipuarum

puarum orbis legislationum consensu celebrata & repetita: quæ distinguit inter furem nocturnum, quem occidere licet, & diurnum, quem non licet, nisi cum telo se defendat: quia tum periculum vitæ conjunctum est. Hoc discrimen ex lege Naturæ proponitur primùm in lege Mosaica: *Exod. 22. v. 2. & 3.* Hinc relata in legem Atticam, *Gell. N. A. l. 11. c. 18.* unde desumpta lex 12. tabb. *l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* atque ibi pro majori cautela additum, *ut cum clamore id testificetur*: Quod meri juris positivi, & in favorem ejus qui furtum patitur, constitutum est; ut ed tutius absolvi possit; si & ipse indicium faciat, se in periculo & angustiis fuisse, & furis corpus in conspectu sit. Quod discrimen & Plato & veteres quædam Germaniæ leges secutæ sunt. *vid. Grot. §. 12. Sin not.* De ratione mirum quã nequicquã laborent ac varient, & à vera aberrant *Grot. Gronov. Puffend. & c.* quæ hinc evidentissima est,

201. Porro hinc intelligitur, quid de defensione pudicitæ statuendum. Illa duplex est: alia animi, quæ nemini invito auferri potest, nec de eâ quæritur: alia corporis, quæ consistit in inviolata integritate istarum corporis partium, quæ ad propagationem hominis à Natura facta sunt. Et hujusmodi jura specialiter sancta esse, vidimus *§. 54.* Cum igitur hoc vitium irreparabile sit, pro ejus, perinde ac pro vitæ, defensione occidi invalor potest. *Conf. Liv. lib. 1. c. 58. Senec. Hippol. act. 3. v. 732. & 889. & J. Can. quest. 5. caus. 32. per tot.*

202. Patet igitur, perpetrato jam facinore huic amplius juri locum non esse; non enim esset defensio pudicitæ, ceu rei, quæ amplius infecta fieri nequit;

nequit; sed ultio & vindicta. Unde nec factum Lucretiæ pro justo habendum: *Liv. d. l. nec exempla Timocleæ Thebanæ, apud Plut. in Alex. M. cap. 20. & alterius Matronæ Asiaticæ, apud Valer. M. lib. 6. cap. 1. in fin. &c. jure probantur.* Verùm, cùm hæc acta appareant sublimi heroicæ virtutis impetu, & ex tam generosi & pudicitæ suæ tenacissimi animi magnitudine, hæc laus facilè obliterat quod modum juris excessit; cùm stupratori nulla facta sit injuria, qui supplicium meritus est; Lucretia verò in se sævit zelo virtutis, quod proinde Judicium zeli vocant. *per S. 59. & seqq.*

203. Ingens verò iste seculi abusus est, cùm existimatur, pro illata injuria, vel ad cavendam alamp, Te hominem famæ tuæ defendendæ causâ occidere posse: non tantùm quia ejus plenissima reparatio & satisfactio judicio fieri potest; sed & quia nemo famam suam defendit hominem occidendo. Longè alia veterum Heroum erat sententia, quibus nullum majus generosæ mentis indicium uisum est, quàm injurias & contumelias ferre posse: justissima ratione: illi enim virtutesua freti, facto ipso famam adversam refellunt, & rebus suis gestis judicia hominum convincunt; exemplo Q. Fabii Max. qui nomen *Cunctatoris*, quod convitii fuit, tam splendidum & illustre sibi regeßtâ reddidit: *apud Liv. l. 22. c. 29. & seqq.* Et C. Marii, qui nullâ se oratione lædi posse, publicâ oratione profesus, hanc causam addidit: *quia falsam vitamoresque mei superant. apud Salust. in Jug. cap. 85.*

204. Ast ignaviæ suæ sibi conscii à quolibet rumusculo honori & famæ suæ metuunt; quæ opère & rebus

rebus non suffulta, non nisi in opinione hominum, quâ nihil fugacius est, vagatur: & ideo ad quamvis sinistrae famæ auram excitati & commoti eam dispellere, & autoribus irasci necesse habent. Hinc vetus verbum: pusilli animi, quoniam foemineum, esse, contumeliam ferre non posse. *Grot. S. 10. quod Juvenal. Sat. 13. ita exprimit:*

minuti

Semper, & infirmi est animi, exiguique voluptas
Ultio. Et mox:

Vindictâ

Nemo magis gaudet quam femina.

Unde *Senec. de Constant. Sap. 1. c. 19. Multebri curâ eos angit,* ait: atq; hinc talem ita deridet *Horat. Serm. 2. Sat. 3. v. 14.*

Contemnere miser?

At contra Alexander M. dicebat: *Regium esse, cum bene feceris, audire malè. Plut. in Alex. M. cap. 72. in fin.* Quod Rex ille sumsit ex ore Philosophi, qui hoc dicto usus est adversus Platonem apud *Diog. Laërt. lib. 6. cap. 1. in princ.* Et alibi *Plut. Nescio quid egregium, quid Socraticum, aut potius Herculeum, præ se ferat ad aliorum convivia silentium, quæ illi ut muscam curabant. Add. tres Imp. in l. un. C. Si quis Imp. maled. Conf. Val. Max. lib. 5. c. 1. num. 2.*

205. Honos naturâ unicè à virtute est; eoque tria continentur: (1.) Actus virtutis, seu res præclare gesta. (2.) Harum dignitas seu precium; i. honos, glo.

gloria, meritum. &c. (3.) Hominum de cuiusq; merito iudicium & opinio. Duo priora eripi viro bono non possunt; nec de his quæritur, sed de opinione hominum, (*conf. l. 2. in fin. princ. ff. de Obs. par.*) atq; inde bona vel adversa fama, existimatio, opinio, &c. dicitur: Ea verò rumoribus & sermonibus facillimè immutatur. Atque hinc illi, quorum secunda fama rerum gloriâ ac monumentis septa non est, sed hominum opinionibus vehitur, ad quamvis diffamationis auram quasi imminente famæ periculo, commoveri, angî, fâcere, excandescere. Et ideo, qui spernunt, sui fiduciâ tuti; qui ad animum revocant, diffidentiâ anxii videntur: verumq; est illud *Tacit. 4. Ann. 34. Convitia, si irascere, agnita videntur; spreta exolescunt.*

206. Non minor abusus & hallucinatio apparet, cum infamis statuitur, qui maluit fugere, cum posset, quàm hominem occidere: vel qui provocatus ad duellum non comparet. Et nimium à communi sensu ac ratione abhorret, homicidia tam sanctè prohibita tam vilia habere; & sanguinem hominis, quem sacrosantum Deus esse voluit, sine ulla defensionis necessitate, instar profluentis aquæ fundi. Quæ proinde merito Canones, *tot. tit. de Purg. vulg.* & cordati Viri abominati sunt. *Conf. Thuan. lib. 2. de Vit. sua. Gramond. Hist. Gall. lib. 1. sub ann. 1615.*

207. Enimverò hic abusus aded invaluit apud Majores nostros, Aquilonares maximè populos, & adeò radices egit, ut evelli non potuerit; *Bodin. de Rep. lib. 4. cap. 7.* quin ut duella pro iudicio Dei habita fuerint. *Leg. Bajuv. tit. 2. c. 1. §. 2. & tit. 11. c. 5. §. 2.* Quæ consuetudo non tantum memoratur in *c. fin. x. de Cler. pugn.* sed & approbatur *Jure Feud. ex Const. Frider. 1. in 2. F. 27.*

F. 27. & nec hodie, maximè in militum ordine, desit. Cum igitur infamix effectus summi præjudicii sint, quippe quæ jure Gentium excludit ab omni dignitate, omnemque fidem aufert, atque aded hominem ab honestorum civium consortio propè segregat, incipit utique jam, ubi iste mos publicè valet, irreparabile damnum in fuga versari: cujus rationem quoq; habuisse videtur Carolus V. in *Ord. Crim. art. 140.* ubi & istum casum ita excipit: *Wan Er sùglich / ohne fàhrlichheit oder verletzung seines Leibes / Lebens / NB. Ehr und guhten Leumuhts / nicht entweichen kan.*

208. Id verò quæstionis est, an in statu necessariæ & inculpatæ defensionis constitutus parcere in-valori possit, ejusque vitam suæ præferre? de quo *Grot. §. 9.* sed, more suo, ad nullam juris naturæ rationem. Equidem, cum nihil interfit, alium, an se quis occidat, & neutrum sit in hominum potestate, quam nullam habent ad corpus suum perdendum, sed tantum ad servandum, *per pos. 4. n. 3.* manifestum est, ipsum absque αἰτιοφωβίας crimine vitæ suæ tutelam ultro deferere non posse. Quid enim refert, alienâ an suâ manu quis se vel alium occidat? (*conf. l. 13. primo. ff. Ad. L. Aquil.*)

209. Non esse autem homini jus ad corpus suum perdendum, demonstratur ipso facto & opere Dei; quia arctissimè animum & corpus conjunxit, idque sui, suæque laudis causâ: quæ proinde separare & perdere homo non potest: atque ita disertè arguit, & pulcherrimè id illustrat *Cic. in Sornn. Scip.* Præterea ingenuit Ille omni animantium Naturæ summum hujus conjunctionis tuendæ studium, ita ut nullus vehementior sit sensus & amor quàm vitæ; nulla major

jor averſio quàm mortis. Neque id fecit in gratiam ſolius hominis, ut ipſe de vita ſua ſtatuerè poſſit; quod Plato præclare docuit, & ſæpiùs laudat Cicero; *lib.2. de Fin. bon. cap. 14.* ubi ex Platone inquit: *Hominem non ſibi ſe ſoli natum eſſe, ſed patriæ, ſed ſuis, ut per exigua pars ipſi relinquatur.* Et pleniùs *lib.1. de off. c.7.* qui locus adſcribi meretur: *Præclare, inquit, ſcriptum eſt à Platone; Non nobis ſolum nati ſumus, ortusque noſtri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici: atque, ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum, omnia creari; homines autem hominum cauſâ eſſe generatos &c.* Nec hominum tantùm, ſed & quàm maximè ipſius Creatoris cauſâ, ut eum admiraretur & coleret. Non ergo hoc ſolius hominis jus eſt, de quo ipſe, ut de ſuo, diſponere poſſit; ſed jus de quo participat hominum congregatio, & in primis, ipſe Creator.

209. Hinc verò perſpicuum jam eſt; quando homo alterius vitam ſuâ præferre poſſit, & pro eo mortem obire. Scilicet quando morte ſua majus & excellentius bonum Deo quaſi, & terris relinquit: uti pro patria, pro exercitu, pro rep. ſe devovendo, in duello pugnando, &c. qualium exemplorum plena eſt hiſtoria Romana, indeque celebratiſſima illa nomina Deciorum, Horatorum, Torquati, Corvini &c.

210. Id verò perabſurdum planè eſt, quod Grotius *ſ.14.* ait: ex deſenſione neceſſaria non eſſe verùm jus occidendi, ita ut culpâ quoque vacet. Etenim demonſtratum eſt, jus hoc à ſummo Opificè conſeſſum, per *poſ. 4. n. 4.* omnibusque, etiam brutis, ingeneratum, & iisdem quibus legitima bella, munimentis obvallatum. Sed illum, & quæ alieno loco inſpergit, nec ullibi vernaculam juris naturæ frontem referunt, mittimus.

211. At-

217. Atque ita evasimus ex aviis, in quæ series Grotii nos abduxerat; qui tractatum suum à bellis incipit, quod caput alioquin in recensendo jure naturæ extremum est. Ad genuinos igitur Juris Gentium fontes revolvimur.

Additio ad §. 27.

Cùm verò quædam jura individua sint, vel talia ut certis terrarum spaciis concludi non possint, ea in hanc partitionem non venerunt; uti quæ ad jus, utilitatem, pacem, dignitatem, injuriam, totius humanæ gentis individue spectant. Ita ipsa societas humana non potuit dividi; & divisione extincta fuisset: societas enim divisione tollitur.

Ita sub originario illo & universali summo imperio, ante divisionem, sine dubio comprehensum fuit, tueri jura Naturæ, & pacē totius humanæ gentis, & dignitatem naturæ humanæ; atq; aded defendere quoq; mortuorum hominum corpora & cadavera, & propulsare quod ad omnium injuriam pertinet; qualia sunt anthropophagiæ, Sodomix, prædandi, incestuum &c. licentia: Denique cavere, ne liberi transitus innoxii tollantur, eoque omne humanum, quod à Natura est, commercium, ipsaque aded humana societas, nervis ejus incisis, ruptisque vinculis aboleatur. Fuere itaque originarie summi Imperii Universalis duplicia jura: Quædam, quæ ita *indivisim* respiciunt universum genus humanum, ut ab hac universitate separari & certis territoriorum spaciis concludi non potuerint. Quædam verò *dividua*, & talia quæ partibus terrarum coërceri, & per populos distribui potuerunt; uti sunt jura, quæ bonum & pacem cujusque populi, non totius humani generis, ut cor-

poris indivisi, concernunt: Hæc sola igitur in partitionem cum terris divisæ venerunt. Atque horum divisione id effectum est, ut, quoad hæc jura, cujusque populi summum imperium terræ suæ finibus constri-ctum, omnesque & singuli extra hos fines suos privati essent: Reliqua verò, quæ diximus, summi hujus imperii universalis jura individua, nec certæ terræ regionibus circumscripta sunt, atque aded remanent, etiam post divisionem, sub complexu summi imperii universalis & originarii.

Verùm cujus est jam hoc Imperium summum universale post divisionem terrarum & Gentium? Et consequens est, esse illud eorundem, quorum est imperium summum in suas terras. Inter illos enim dis-partitum est originarium illud summum imperium totius humani generis. Cùm igitur hæc partitio non fuerit facta ad minuendam vim summi Imperii primævi, vel ad partē ejus ei detrahendam & extinguen-dam; sed contrā, ad stabiliendam, & pluribus muni-mentis ac præsiidiis fulciendam, pertinet equidem ad liberos populos, vel summos Principes, universum il-lud summum imperium primitivum sine ulla immi-nutione; sed pro indole ac natura cujusq; Juris: divi-dua ad singulos pro partibus; individua in solidum. Idq; in omni ferè universitatis Jurium divisione usu venit, ut quædam jura partibus dividi non possint, & eapro-pter necessarium apud singulos dividētes maneant in soli-dum: quicquid enim partes non recipit, id ubi est, ibi in solidum esse necesse est. Cùm verò hujus rei effectus varii atqve abstrusi, totaq; hæc quæstio de individuis perdifficilis sit, suo loco eam plenius enodabimus. *Conf.*
S. 259.